



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

36. P. 4.

MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K. K. HOFBIBLIOTHEK  
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

---

36.P.74






36. S. 74.

# CASTIGATIO LIBELLI

*Cui Titulus:*

ANTICONRINGIANA DE-  
FENSIO JURIS COLO-  
NIENSIS

In coronandis Romanorum  
Regibus.




FRANCO FVRTI,  
Apud WILHELMUM SERLIN & GEORG:  
FICKWIRTH.

---

clo. loc. LVI.





# CASTIGATIO DEFENSIONIS ANTI-CORNINGÆ.

**A**uctor Anti-Coringianæ Defensionis, sive idem sit sive alius ab illo qui Iteratas Vindicias publicavit, planè eundem animum ostendit, caluniatorium nempe atque indoctum, ut nescias malitia an infiditatem prævaleat. Meretur rigidam animadversionem, sed huic pœna eximit illam hodie causa cuius patronus est delectus gravitas: tantum libellum hominis non nihil castigabitinus.

## AD PRÆFATIONEM.

I. Statim initio & passim in omni libello videtur clam mordere voluisse D. Hermannum Conringium, quod *Medicus* felicitet eum sit, non dubitaverit Moguntinum ius asserere. Quasi vero Vir Clarissimus non sit simul à Serenissimo Brunsuico-Luneburgensem Ducibus in Academia Iulia publicus Professor & Civilis prudentia pariter & Publici juris Imperij constitutus, nec una in aula Consiliarij munere fungatur; ac proinde, cum hortamine Moguntinorum calamum commodavit S. Moguntinæ Sedis iuribus, quidquam egerit quod non sit internalitates officij sui publici. Verum hoc ut *malignitati* impunes illius Defensoris: ita dubium est, *huc* an imperitis adscribas, quod non dubitaverit aliquoties in libello suo repetere illud, Conringium, dum falsi accusat Aquisgranenses Tabulas, fecisse illud ex praescripto Hippocratis, qui utere ac lecare, extremis ite morbis extrema remedia adhibere.

A 2 iussit,

iussit. Inscitiam profectò arguit, & rei Medicæ illa unius præcepti toties facta inepta repetitio, quum longè plura commodius potuisse adferri: & omnis bonæ doctrinæ, illa ex præceptis Medicæ Artis allatio eius quod in omnium scientiarum tractatione habet locum. Commentitia enim testimonia iure rei scienda, notum est omnibus; nec id præcepta Hippocratica iubent, utpote quæ de testimonij nihil sed de morbis agant humani corporis. Si non ignoravit hæc Defensor, prodidit malignitatem animi. Nobis perinde est quo vitio hæc facta sint: vitiose factum esse, in proposito est.

2. Recitat quoque in præfatione summam Assertionis Conringianæ Defensor; sed quām calumniatoriè & falso, facile est dijudicatu omnibus qui Assertionem ipsam legerint. Et verò rogo & quum quemvis iudicem, ut ipsam Assertionem inspiciat, non autem credat temerè sententiam eius referenti aut oppugnanti Defensori, ut qui ad calumniandum sese totum composuerit.

3. Ita atrox calumnia est; à Conringio *Rescripta Cœsarum, Canones & Decreta summorum Pontificum exhibilata*. Calumnia mera est, editionem Assertionis Helmstedensem priore Francofurtensi *rebus & rationibus non esse auctiorem*. Quibus falsi convincendis sola Assertionis utriusque inspectio sufficit.

## AD QVÆSTIONEM PRIMAM.

1. Quæstionem primam hanc proponit: *Quando successores Caroli Magni cœperint Augusti vocari & quo diadema sunt coronati*. Iterum calumniatoriè. Nec enim hoc propriè agitatum fuit in prima hypothesi Conringianæ Assertionis: sed assertum erat hoc potissimum: *Coronationem illam qua sit in Germania, esse collationem non corona verè Cesarea aut Romane, sed corona regni Francorum aut Teutonicorum, vel Alemannicorum: atque ita olim ipso Reges nostros loqui solitos: non nisi obiter additum erat coronam illam ipsam qua inter regnum Imperij est, esse eam qua coronati quondam fuerint Reges Germania nondum Cesarea dignitate cum Germania coniuncta*. Prius illud quām maximè faciebat ad rectè intelligendum negotium coronationis Germanicæ. Quod autem à Defensore est propositum, nec ad rem facit, nec in controversiam venit, nisi forte partem ultimam quæstionis exceptis.

2. Ita

2. Ita tamen est, inter alia hæc fuisse verba Clarissimi Conringij :  
*Hæc inter coronas sola Romana verè Cesarea est, h. e. verè competit Cesari in quantum est Imperator Romano um. Idque solent ipsime Cæsaे ei nostri publice profiteri, electos Cæsares sese appellantes, quamdiu corona ista non sunt insigniti, usi coronati in Germania iam fuerint.* Hæc pungere voluit Defensor sua ista quæstione. At, hem, quām inepte ! Fac Caroli Magni successores omnes in Germania creatos coronatosque esse Cæsares; an propterea non est vera illa assertio Conringiana de eo quod hodie & aliquot iam seculis creditum obseruatumque fuit de coronatione Germanica, illam non esse verè Cæsareæ Coronæ collationem ? Imò verò adeò ruditus est & incautus Defensor, ut in probationem suæ sententiæ hac ipsa quæstione adducat verba Onuphrij Panvinij *ex cap. 5. de Comitijs Imperatorijs*, ubi disertè docet, iam à Carolo Crasso usque, h. e. per annos pend octingentos, id fuisse perpetui moris quod Conringius dixerat.

3. An non tamen pungere voluit Defensor Conringiana illa, quām potius ostentare Conringio suam quoque Germanicæ antiquitatis peritiam ? At verò hoc quidem, scio, ridebit Conringius; quippe qui dum libro suo, quoad hæc solidissimo, *de Germanorum Imperio Romano*, ista quæ ex Onuphrio attulit Defensor, prolixè & accuratè docuerit.

4. Iam verò expendat mihi porrò quis ineptias reliquas Defensoris. Scribit p. 5 : *Certum esse, ab initio translati Imperij, post acceptum Aquisgrani diadema, Reges Romanorum se Augustos & Imperatores nominasse.* Id ut demonstraret, adducit Ludovicum Pium & Lotharium, prolatis aliquot testimonij, hosce Aquisgrani proclamatos coronatosque Augustos. Ab hoc more autem primum Carolum Crassum descivisse nittitur ostendere testimonio Onuphrij. De Ludovico & Lothario verum est quod dicit. Qui autem Lothario successit in Cæsarea dignitate Ludovicum Secundum, & qui idem nomen post Ludovicum istum indepi sunt, Carolum Calvum & Ludovicum Balbum Aquisgrani fuisse coronatos proclamatosque Cæsares, à vero est alienissimum. Nec venit in mentem Onuphrio hoc ut affireret: quod verba eius ab ipso Defensore allata legentibus non potest non perspicuum esse.

5. *Aequè ineptum illud quod Defensor velit, licuisse vi pragmatica Carolina à Leone I L. confirmata statim Aquisgrani Augustum & Imperatorum nomen cum diademate conferre.* Non enim hoc esse con-

Sentaneū illi *pragmatica* quam appellat, indicant utique clarissimā verba ab ipso Defensore adducta : *Ac in ipsa sede Reges successores & heredes regni iniciarentur, & sic iniciati iure debinc Imperatoriam Maestatem Romes sine alla contradictione plenius consequerentur.* Si sola initatio & quidem non nisi Regni ex instituto Caroli debuit Aquisgrani fieri, Imperatoria veò *Maestau Romæ* demum conferri ; quo iure, quæso, posuerunt Ludovicus Pius & Lotharius iam Aquisgrani Imperiali diadematæ coronari, & Imperatores Augustique appellari ? Certè illos Romanam coronationem novam non exspectasse, aut à Pontificia coronatione credissemus pleniorē maestatem *Cæsaream* dependere (quod debuisse credit secundum Pragmaticam illam) disertè utique testatur Onuphrius verbis ab ipso Defensore incaute laudatis : *Augusti nimis illos vel Imperatorū nomen non die coronationis sua à Romanis Pontificibus assumpisse, sed eo pontissimum die quo à Patre quisque appellabatur Imperator; à quo etiam die eorum Imperij annos numerari solitos nulla habita Pontificia coronationis ratio ne.* Certè vel hoc unum satis fuerit falsi convincendæ illi Pragmatice : si id agere patetur institutum.

6. Pari deinde ratione inscritiam suam prodidit Defensor, probatus coronam illam, qua in Germania hodie instituitur coronatio, esse illam qua ipsem̄ olim fuerit usus Carolus Magnus. Id enim nititur ostendere testimonij Onuphrij, Hartmanni Mauri, Schradij, Bertij & Noppij. Arguit sanè hoc ipso & iudicij imbecillitatem, & in lectio[n]e monumentorum paulo etiam vetustiorum ingentem suam peregrinitatem. Iam tum enim à Caroli IV, usque ævo isth[ec] fama invaliduit, non ab uno prodita scriptore etiam illius temporis. Horum certè testimonij potuisse multò verisimilior reddi illa vulgi & Defensoris opinio, quam istorum heri & nudiusteptius, ut ita dicam, natorum. Et verò Hentricus Redordiensis, qui Carolo isti ætate fuit suppar, non dubitavit scribere in historia anni 1361: coronam sibi Norinbergæ visam, *qua sit coronatus Carolus Magnus in Imperatorem à Leone Patria tertio.* Est autem omnino ap[er]tus tñ d[omi]n[ic]i, rei antiquissimæ & fabulis obnoxia veritatē petere, aut probare tantum à recentibus narrationibus. Coronam illam esse Carolus Magni, per complura secula enullo monumento est proditum : adeoque latenter credi non potest. Est porro verisimile, si quam Carolus coronam Cæsaream ad posteros

7

Aeros transferri voluit, eam pervenisse in manus Ludovici Secundi, qui patri Lothario successit in dignitate Imperatoria, atque ita in Italiā translatam, Aquisgrani nequaquam remansisse. Si pōr̄d corona Germanica est ipsiusmet Caroli Magni, qui sit quod habeat nomen Conradi inscriptum? Habere autem, probabo nunc tantum testimoniū unius Ioannis Gryphiandri JC. ex libro *de Viribildis Saxonis* cap. 70. n. 9 qui post coronationem Matthei Cæsaris coronam illam prius quam in lectinum reponeretur, testatur sibi inspectam (viderunt & alij nuper) Conradi nomen præferentem. Ille sane hinc suspicatur, hanc esse Conradi IV. coronam, quam Fridericus II. Imperator in obſidione Parmensi amiserit: cùm tamen sit verisimilius, esse illam Conradi I. quam ille morti vicinus Henrico Aucipi per fratrem Fridericum fecit offerri. Dixerit sane testatur Luitprandus Ticinensis l. 2. c. 7. coronam illam fuisse Conradi *propriam*; ita etiam illam describit, ut planè eam quæ hodie superest depinxisse videatur. Adhoc Witikindus Corbeiensis gladium, qui simul cum corona fuit Henrico traditus, appellat quidem *gladium veterum Regum*, diademati autem titulum illum non addit; ut appareat fuisse illud recentius. Quicquid sit, coronam illam esse ipsiusmet Caroli Magui, nullo verisimili arguento ostendi potest. Defensor autem in eo probando non nisi imbecillitatem iudicij sui prodidit.

## AD QVÆSTIONEM II.

1. Nusquam magis ostendit Defensor virulentum animatum, quam in secunda quæſtione. Conringius ſeundo loco in id diſcretuerat de varijs actibus quibus hodie conſtit coronatio, ut palam fiat, qui actus proprieſint Sacerdotales, qui non; obiterque addiderat, videri SS. sacrificium ſolemne apud nos ferius, ſeculo tertio decimo circiter, *coronationis actibus* adiunctum. Defensor autem in Praefatione ſummam ſecundo loco à Conringio diſcretorum collocat in eo, quod *sacrificium Missæ ſeculo tertio decimo fit adiuctum coronationi;* & nunc Quæſtionem ſecundam ita proponit: *Quomodo sacrificium Missæ adiubitum coronationis Regum Romanorum.* Quasi de hoc magnoperè egerit Conringius, aut in eo aliiquid momenti sit collocatum. Qyod quanta fiat cum Conringij iniuria, Tota ſecunda Hypothesis liquido oſtendit. Affingit pōr̄d

porò Conringio Defensor, velut ille simpliciter negaverit, sacrificium Missæ anno seculum tertium decimum fuisse coniunctum coronationi; aut verò etiam hæc verba accienda sunt eo sensu prout accepta voluerit sua Conringius. Non enim hoc ille voluit, quasi S. Missæ solemnia non interdum fuerint coronationem comitata; sed solemnia illa sacra non fuissent olim recepta inter actus coronationis perpetuos & necessarios, demum autem videri id cœpisse seculo tertiodecimo. Adhoc opponit Defensor Conringio Witikindum, qui in Ottonis Magni coronatione Missam celebratam narrat; id quod à Witikindo factum Conringius negaverit. Quatuorvis verò possit videri id dixisse Conringius; accurate tamen verba eius omnia spectantibus non potest obscurum esse, hoc tantum illum velle, à Witikindo non esse mentionem factam. S. Missæ inter ipsos coronationis actus. aliud sanè Conringio tum in animo non fuissent, possum fide bona testari. Nam ita se explicabit.

2. Et verò ita sele res habet, si vetera illa tempora videamus. Interdum coronationes fuerunt peractæ nulla facta S. Missæ celebrationē. Quod utique palam est ex descriptione solemnium coronationis Ludovici Balbi Regis & Iudithæ ac Hermentrudis Reginarum, quam adiunxit Capitulis Caroli Calvi P. Jacobus Sirmondus. Palam quoque est ex descriptione coronationis Wilhelmi Hollandi Romanorum Regis apud Ioannem Bekam, quicquid dixerit Defensor. Ne nunc tangam tempora Carolinis antiquiora illa; quando primum factæ benedictiones sacerdotales coronationis solemnium cœperunt partem constituerent; quæ incident in seculum Christianum sextum. Inter ipsos enim Cæsares anno 528. primus omnium memoratur à Ioanne I. Papa non sine faustis precibus coronatus Iustinus Imperator, teste Anastasio. Ad huius exemplum anno 566. ab Eutychio Constantinopolitano Patriarcha Iustinum minorem consecratum, liquet ex hisce verbis Corippi:

Pontificum summus plenaque astate venitus  
Adstantem benedixit eum, cælique poscentem  
Exorans dominum, sacro diademe inquit  
Augustum sancire caput; summoque coronare  
Imponens capiti. &c.

3. Ex eo sacra Episcoporum manu coronationes Cæsareæ quidem fuerunt

fuerunt institutæ; at solemnia sacra continuò simul celebrata fuisse, nusquam legas. Sub Merovingorum imperio, per annos 254. à Clodovæi Baptismo ad depositionem Childerici omnino nulla Francicorum Regum siveunctionis sive consecrationis sive coronationis, quæ manu Episcopali sit facta, memoria reperitur: ut merito dubites an quid horum fuerit tum in usu; tantum abest, tunc inter ritus coronationis receptos fuisse sacram Missam. Postilla cum Francorum Regum coronatione interdum adhibita esse & Missæ sacra, legere est; sed plerunque tum, quando festus dies, in quem incidebat forte coronationis actus, sacra ista exposceret. Sic cum Carolus Magnus coronatus fuit Romæ, celebrata est Missa: verum erat idem dies festus Natalis Domini. Sic quando Carolus Calvus fuit coronatus in Regem Lotharingie Metis, celebrata fuerunt sacra omnia: erat vero dies fæcer B. Gorgonij, cuius precipua apud Metenses veneratio, quod etiam P. Sirmundus observavit. Observare porro est, S. Missæ illa solemnia si quando celebrara sunt, illa omni ærte, successisse coronationis actui iam finito. Id certè liquido apparet etiam ex ijs quæ ipse Defensor adducit de coronatione Ottonis I, Ludovici Pij, Ludovici II, & Caroli Magni: possunt vero addi & acta coronationis Caroli Calvi à P. Sirmundo edita.

4. Hæc autem non obscurè indicant, verum esse quod suspicatus est Contingius; nempe antiquissimis temporibus Imperij Germani solemnia Missæ sacra non fuisse partem solemnium coronationis Regis: nec enim alias illa aliquamdiu abfuissent, aut vero fuissent finita demum coronatione, sed perinde ut hodie, instituta. Quod si tamen aliter cui fuerit visum, cum illo nec Contingium, scio, velle contendere, cum res sit levis, multo minus id ego fecerim: uti nec video, tradi id credive aut religionis Catholicæ, aut rei Romanæ atque Germanicæ quicquam interesse.

5. Aventinum voluisse duntaxat significatum, in Rudolphi I demū coronatione septem Electores fuisse functos suis muneribus, non vero tunc demum Missæ sacra inter cordonationis ritus ordinarios recepta; nudæ Defensoris affirmationi credit qui volet: mihi non sit verisimile. Non debuisset vero Defensor Contingium oppugnaturus id affirmare sine omni addito arguento: nec vero illum potuit latere, talibus adversarij nudis assertionibus neminem sanum posse terreni.

## AD QVÆSTIONEM III.

1. Hic non multum meliore fide rem Defensor gerit. Proposita enim tertia quæstione in hunc modum : *An primario præsuli cuiusque Regni ius coronandi deferatur & subiungit: Affirmat Conringius pronunciato tertio & in prima ratione.* Neuto autem loco simpliciter ab illo id affirmatum est. Quod adeo palam est, ut Defensor mox addat, concedi à Conringio, posse idem ius inferiori per privilegium tribui, adeoque non soli semper præcipuo Præsuli, sed tantum communiter vel plerumque, competere. Et vero hoc demum affirmavit Conringius; prius illud non affirmavit. Sufficit quoque hoc pronunciatum illi probando quod voluit Conringius. Nempe etiam ita patet, iure gentium Christianarum positivo receptum esse, quod coronandi potestas in quovis regno competat primario præsuli. Etsi enim ex singulari pacto peculiari de causa alibi aliud interdum obtineat, non obstat quo minus id hodie iuris gentium Christianarum positivi esse existimetur. *Hodie* inquam: olim enim ubivis non idem statim obtinuisse nemo diffitetur: idque de regno Francorum occidentali rectè demonstravit iam olim quidem Ivo Carpontensis, patrum autem memoria Ioannes Tilius.

2. Quæ obijcit autem porro Defensor, illa vereor ne iterum prodant eius inscitiam. Negat videlicet in Italico Regno Mediolanensem Archiepiscopum primum esse, propterea quod & Ravennas & Aquilegiensis in concilijs præcedant. At verò Ravennas non fuit olim inter proceres Regni Langobardici, quod post dici cepit Italicum, numeratus. Ravenna enim fuit pars Exarchatus, qui S. Sedi Apostolicæ deinde à Pipino & Carolo Magno est donatus. Aquileiensis Patriarchæ etsi in Concilio datus fuerit locus insignior, in ipso Regno tamen atque adeo in Republica minor ille fuit semper habitus Mediolanensi. Eoque inter Metropolitanas Urbes universi Imperij Caroli Magni post Mediolanum demum facta fuit in Testamento Carolino mentio Fori Iulij. quo scil. iam dudum Aquileiensis Patriarchatus erat translatus, ceu patet ex ijs quæ differit Baronius ad annum 729.

3. In Anglia quamvis de primatu contendenter cum Cantuariense Eboracensis: ille tamen prævaluit, & propter istum primatum fibi compre-

competere ius coronandi iam olim afferuit : quod verbis Anselmi Cantuariensis recte astruxit Conringius. Arelatensis cum Rementi contendere non potest : quum ille non propriè pertineat ad Regni Francici occidentalis proceres, sed ad Regnum Arelatense vel Burgundicum. Utque fuerit Arelatensis ab Agapeto Vigilio Pelagio & Gregorio Magno quandam constitutus vicarius & Legatus Apostolicus, non tamen eo ipso aliquid detrahitur illi primatui, quem secura tempestate Rementis acquisivit. Sunt enim talia omnia mutationibus obnoxia, atque à potentiorum arbitrio suspenſa. Id vix dubium est, hodie in Regno Francorum occidentali primatum conscipenes Remensem.

#### AD QVÆSTIONEM IV.

1. *Vacillantibus*, ait Defensor, *sic tribus basibus &c.* At vero Conringianas quidem bases *vacillare*, tantum abest ille ostenderit ut eas vel non intellexerit præruditate, vel præ animi malignitate perversè proposuerit in medium : ceu iam tum patet.

2. Addit, Conringium *initio primi membra deflectere à norma, à Regibus Romanorum ad Reges Germania.* Atqui Conringius demonstravit, coronationem, quæ in Germania instituitur, pertinet propriè ad Germanicum Regnum, eoque omnibus olim seculis, ex quo etiam Romani Imperij dignitas perpetuo nexu Germaniæ fuit coniuncta, à prudentioribus coronam illam Transalpinam dictam coronam Regni Francorum, aut Alemannici, aut Teutonici. Si ista nondum capit *idiota Defensor*, poterit denuo in supplementum addere quæ idem Conringius disputavit præclaro, si pauca démas, libro *de Germanorum Imperio Regmano cap. 12.*

3. Proponit deinde Syllogismum aliquem Defensor, velut qui comprehendat rationem Conringij, qua nimirum sit usus sectione prima ; sed proponit *sua b. e mala iterum fide.* Ita enim format Minorem Syllogismi propositionem & conclusionem: *Atqui Moguntinus saltem in orientali Germania, ad quam spectabat in divisione Regnorum ab anno 842, cùm Coloniensis ad eam cum Trevirensi circa annum 870. accesserit, erat primus Praeful Germania, & mansit tempore Ottonis, ut VVistikindus, Marianus Scotus, Benedictus VII, Schauenburgensis, &c. Ergo ad eum spectat ius coronandi.* Conringius vero nō egit duntaxat de ærate illa, qua facta est primal Imperij Carolini

tres in partes divisio, aut de ævo Ottonis Magni, sed disertè hisce verbis usus est: *Iam verò in Regno bos Francorum Germanico inter Praesules ac Principes Primatum ETIAM NVM obtinere Moguntinam sedem, nisi fallor, omnium dubio caret.* Et hanc propositionem sive conclusionem suscepit probandam: *Ratione Primatus competere Moguntino omne ius coronandi.* De temporibus illis priscis egit duntaxat ex occasione quam nimis ostenderet, Moguntinam Sedem hanc dignitatem primariam habuisse ab initio usque Regni huius.

4. Delabitur mox Defensor ad grande paradoxon defendendum; nempe Primatum competere non Moguntino sed Coloniensi. Paradoxum inquio. Nec enim arbitror, tale quidquam aliquot seculis fuisse in universo Imperio auditum. Conringius sanè Primatum Moguntinum credidit, respectu quidem *Coloniensis*, omni dubio & controversia vacare. Cæterum id quidem pro sua natura sagacitate non vanè coniecit Defensor, hoc primatu Coloniensi admissio inverti posse Conringianam argumentationem: at Primatum illum ineptissimis rationibus adstruere nisus est Defensor ille. Summa omnis eius dissertationis comprehensa est ultimis illis verbis. *Resor queamus ergo primariam Conringij rationem contra Moguntinum ius pro iure Coloniensi. Iure gentium primario Regni Romanorum Praesul debetur ius coronandi Reges Romanorum: At primarius Praesul post Imperium ad Carolum & Francos translatum semper fuit Coloniensis, ut tradunt Eginardus, Annales Francorum, Rogerus, V. Vitskindus, Adamus Bremensis, Leo nonus, Gregorius septimus & Rupertus, cum Moguntinus in alio separato Regno diu fuerit: ergo Coloniensi iure gentium ius coronandi Reges Romanorum ab initio buc usque fine illa temporis intercedente debitum fuit pra Moguntino.*

5. Agamus cum homine breviter. *Primum igitur notetur: in testimonium eius, quod de Primatu Coloniensi ab initio Imperij SEMPER HVC VSQVE, SINE VLLA TEMPORIS INTERCAPPEDINE continuato à Defensore adseritur, adferri neminem qui sit junior Ruperto Tuitiensi. Atqui hic vixit ætate Henrici V, circa annum cIcx. Ex quo tempore hue usque fluxerunt integri quadrigeniti quadraginta sex anni. Ex tanto temporis intervallo nihil omnino pro Coloniensi Primatu semper & bucusque fine illa temporis intercedente continuato producere potuit Defensor, (certè nihil produxit) & ramen*

men tam confidenter ausus fuit perpetuitatem illius Primatus Defensor ille afferere. Miror si his revocatis ad animum, Defensor non erubescat, nisi frontem h. beat planè effrontem. Esto scilicet, bone vir Probavetis, Primatum Colonensi competuisse ad seculum usque duodecimum : qua fronte idem afferis de omni a. v. secuto, destitutus planè omni testimonio?

6. Notetur secundò insignis, si non stupor, saltim incogitantia Defensoris, ausi inter Primatus scil. Coloniensis autores numerare Leonem nonum; & tamen non dubitantis ipsius Gregorij VII Papæ verbis uti, quibus ille significat Papam Leonem Trevitensi Ecclesia studuisse *contra bonorem Colonensis Ecclesie*, in d. ut ipse accipit Defensor (nec enim sic interpretanda illa dixerim) studuit *Trevirense Primatum deferre.*

7. Notetur tertio, non verecundatum Defensorem pag. 10 in margine iactare, quasi Primatus ille Colonensis iam floruerit seculo octavo, & tamen in eadem margine initium eius collocare in annum 813, nec in ipso libri textu quidquam memorare quod contigerit ante annum 800. h. c. ante seculum nonum.

8. Iam verò quam inepit probat Defensor, seculo nono, decimo & undecimo Primatum penes Colonensem fuisse! Exempli causa; Ottone Magno Cæsare & seculo X. id factum ostendit ex eo, quod Bruno Ottonis frater regnum Lotharingiæ rexerit & Germaniam absente fratre, quod item à Writikindo & Rogerio dictus ille sit *summus Pontifex & amicus.* Quasi talia momentanea personalia munera probent ipsiusmet Sedis alicuius dignitatem, & quidem perpetuam ac constantem: titulus etiam *summi Pontificis* eaestate non sit attributus ferme cuivis honoratori Episcopo.

9. Similiter ut probetur, seculo undecimo Primatum illum Colonensem fuisset agnatum, *primum & potissimum* adferrur argumentum ex eo, quod ab Henrico III Cæsare Hermannus Colonensis in non nullis actibus fuerit Moguntino prælatus. Tanquam si Episcopus quis aulæ gratia valeat, id signo sit, ipsammet Episcopi Sedem præminere. Nemo profecto veterum dixit, Hermannum ob Primatum Sedis suæ Henrico III Cæsari præ Moguntino placuisse: Lambertus Schafneburgensis scribit illud factum proprie claritatem generis. Et verò erat Ottonis

tonis III Cæsarialis sorore genitus, longè proinde nobilior Luitpoldo Moguntino. Alterum argumentum capitur ex privilegio quodam à Leone IX concessò: quod tamen Colonenses hyperaspistæ, et si satis moniti, non fuerunt ausi publicare, & in quo simul altum sit de Primatu silentium. Tertium accipitur à testimonio Adami Bremerensis qui de *augmento Primatus huius sit locutus c. 152.* historiæ. Verum nec ille de Primatu habet verbum ullum. De quo autem ille *augmento* loquatur, patet ex verbis Adami. quæ, quoniam ita placuit Defensori, *integra non mutila adducemus: Colonensis* (inquit Adamus, de Annone verba faciens) *quem avaritia notabant, omnia que vel domi vel in curia potuit corrader, in ornamento sua posuit Ecclesia.* Quam cùm prius magna esset, ita maximam fecit, ut comparationem evaserit omnium qua in Regno sunt Ecclesiarum. De *augmento* itaque divitiarum locutus est Adamus, non de incremento Primatus. Quarto loco adducuntur verba quædam Gregorij VII Summi Pontificis, in quibus quidem sermo fit de gratia qua in curia Romana tum temporis præpolluerit alijs Colonensis, at de Sedis ipsiusmet Primatu ne quidem unico verbulo quidquam indicatur. Postrem adseruntur & Ruperti Tuitiensis monachi, tantum non in ipsa Agrippina viventis, verba quædam de primatu Colonensi. At non affirmat ille, primatu isthoc frui & gaudere Colonensem; sed quem oīm obtinuerit propterea quia S. Crescens Pauli discipulus non tantum Moguntiæ sed etiam Coloniæ prædicaverit Evangelium. Quod nihil facit ad Primatum quo de nunc sermo. Tædet inquirere in ea quibus voluit Defensor probare Primatus Colonensis vestigia per seculum nonum. Per se enim concidunt,

## AD QVÆSTIONEM V.

1. Conqueritur Defensor, Alterum membrum & rationem à Conringio obscurius propositam. Sed iniuriam fieri V. C. ostendit Assertione ipsa.

2. Rationem deinde Conringianam Syllogismo includens, hanc quidem propositionem: *Qui solus octingentis annis toto regno omnes coronationes extra diœcesin Colonensem peregit, si ius habet ubique (extra diœcesin Colonensem scil.) coronandi; admittit, si limitetur; qui nomine suo*

*suo, non impedito vel absente coronatore ordinario.* At inepta est limitatio illa de coronatore ordinario. Quæstio enim est, quis sit coronator ordinarius extra diœcesin Colonensem? Moguntina Sedes id sibi tribuit, alium ordinarium coronatorem non agnoscit. Ineptè quoque in limitatione petitur addi: *non impedito vel absente coronatore.* Sufficit si coronatio fuerit facta nomine proprio. Hæc scilicet propositio est clarissimæ veritatis:

*Quicunque suo proprio nomine per octingentos annos omnes coronationes extra diœcesin Colonensem peregit, illi ius est extra diœcesin illam coronaendi.*

Tali propositione Maiore usus est Conringius. Nec alio sensu omnia sua voluit accepta. Ut Minor possit esse, volente Conringio:

*At Moguntinus suo proprio nomine per octingentos annos omnes coronationes extra diœcesin Colonensem peregit.*

Probavit etiam hanc Minorem Conringius adductis in medium omnibus coronationibus extra diœcesin illam Colonensem institutis: provocavitque ad unanimum historiæ consensum, quo constet, nunquam à Coloniense Regiam coronationem extra diœcesin esse factam. Ut verò hæc Conringiana redderet irrita Defensor laboravit quidem, sed omni præsidio à fragmentis mutuato aut meritis ineptijs.

3. Non potuit scilicet vel unum exemplum producere facta à Coloniense coronationis Regiæ extra diœcesin: confugit igitur ad coronationem Elisabethæ Reginæ quam solus nomine & iure suo Norinbergæ instituerit. At primum de Regis non de Reginæ coronatione quæstio est. Ipse Streithagius p. 66, ait: *Ad viros nos respicimus: nō ad reginas. Secundo factam illam coronationem nomine Colonensis, debuisset probari, non nudè asseri, cum hoc constanter à Moguntinis ut & à Conringio fuerit negatum. Tertio Præsumptio certè facit pro Moguntino infallitio monumentorum: quia scilicet omnes coronationes Regias ipsas Moguntinus extra diœcesin nomine proprio instituerit, & nunquam fuerit passus illas à Coloniense institui. Quæ adduntur à Defensore, longè adhuc sunt ineptiora & fabulosiora.*

4. Primum est: *ante Ottonem Magnum Aquisgrani plures Reges Romanorum esse coronatos.* Quasi hoc ad rem faciat, cum queratur, quis coronaverit Reges extra diœcesin Colonensem, Sed &c, qui illi sunt

sunt plures Reges? Non nisi duo scilicet ibi, reliqui omnes alibi corona-  
ti sunt.

5. Secundum est: Arnolphum, Ludovicum & Conradum primum à Mo-  
guntino undos, nullum veterum dixisse: potuisse eos etiam Coloniensem extra  
suam diaecsin, & Ludovicum anno 908. Aquisgrani cum degeret, consecrare.  
Dixerit verò id disertè nemo. Dixerunt tamen coronatos illos esse  
in Germania Transthenana, & quidem' alios Francoturti ad Mœnum,  
alios Forcheimij h.e. in diaecsi tunc Moguntina. Qui verò tum istis  
in locis Colonensis posuerit coronare? quum tamen canones vetent  
consecrationes extra diaecsin fieri, & Coloniensi non per constitutio-  
nem aliquam Caroli Magni, non per aliquam Bullam Sedis Apo-  
stolicæ, ius novum fuerit concessum: quod prolixè astrictum est cum  
alibi tum nuper in Examine Argumenti priimi & secundi Colonien-  
sis. An Ludovicum potuerit Colonensis consecrare Aquisgrani nec ne,  
nihil ad rem facit. Debūisset probari, consecrationem illam esse fa-  
ctam. Sed & probaverat Contingius ex Reginone, Ludovicum anno  
900 Forcheimij coronatum, & regijs ornamenti inducum in fastigio Regis fuisse  
sublimatum.

6. Tertiò fatetur quidem, Henricum à Willigiso Moguntiæ coro-  
natum, sed violato iure Colonensi, ideoque eam coronationem, ut virtio fa-  
ctam, esse Aquisgrani renovatam. At verò Coloniensem isthac ærate  
fuisse conquestum de iure suo coronandi per Willigum violato, ne-  
mo memoravit: debūisset autem conqueri ex sententia Defensoris.  
*Renovatam* porro fuisse coronationem Aquisgrani, merum est figmentum.  
Vesperat verò iam Contingius, et si ponas, factam illam renovationem,  
tamen etiam ita liquere, coronationem quæ extra diaecsin Colonien-  
sem instituitur non fuisse Colonensis sed Moguntini iuris.

7. Fabulosum porro est & commentitium illud etiam, quod  
quarto loco causatur Defensor: extorisse Conradum Secundum Co-  
lonensis consensum, ut moguntia coronaretur, ea lege ut Augu-  
sta Colonia coronaretur. Nemo scriptorum veterum verbulo tan-  
git, vel extorsionem, vel talēm aliquam legem. Nihil ho-  
rum habet Wippo; & tamen non verecundatur Defensor  
cum suis alleclis alibi ad Wipponem fronte intrepida provocare.

Fabulo-

Fabulosum quoque est illud Defensoris de Rudolphi Suevi coronatione, illam tanquam *vito factam triennio suspendisse* Gregorium VII, idque docere Baronium. Id verum; illam coronationem, misa etiam corona Cæsarea, triennio post probasse Gregorium Septimum; at hanc vitii accusasse, & quidem forte, quod Moguntia non debuerit instituta Moguntino, falsissimum est. Imò vero probavit illam Gregorius VII, Coloniensis iuris coronandi nulla omnia mentione facta.

8. Similiter figmentum est, Quinque ultimas Cæsarum coronationes Germanicas nomine Colonienſi sedis esse peractas. Figmentum est, Cæsares & Septemviroſ cavile Colonienſi de jure coronandi extra eam suam diocesin vi aurea Bulla salvo mansuro. Quis non miretur fronteſa Defensoris talia figmenta jactare in publicum ausi, perè in conſpectu Cæſarum, Elecotorum & omnium Imperii Ordinum?

## AD QUÆSTIONEM SEXTAM.

1. Colonienſi tantum competere jus intra suam diocesin conſerandi, *quatuor levissimi iudicis Conringium probare*, ait Defensor. Contingius autem in Iterata Assertionis editione primum seorsim id probavit, deinde sex rationibus ostendit, ipſosmet Colonienſes antehac in eadem ſententia fuſſe. Rationes verò illæ num ſint *levissima* nee *ne*, permittit judicandum omnibus, qui valent iudicio ab amore aut odiis non impedito. *Levissimas* esse reſponſiones Defensoris, ipſa res docet. In eo quod duo ultima argumenta Conringiana ſequadæ editionis planè diſſimulaverit, ostendit ſanè Defensor animum à veri & recti indagatione alienum. Perinde atque in eo, quod recitans ſummaria quatuor priorum Conringii argumentorum, facta Rupertiſ privilegii mentione, non dubitaverit in margine ſcribere: *vi privilegii potest Colonienſis ubique coronare*: ipſi conſciencia ſuę vim facit, probè conſcius ſcilicet, Rupertino privilegio ſaltim tamē potestatem Colonienſi ſedi datam non eſſe. Sophistam porrò quo que ſeſe demonstrat, dum ita obſcure ad rationes Conringianas responderet, ut nemo facile ſenſum ejus aſſequatur. Paucifamē omnia examinabimus. Pleraque in altera diſertatione ad rereſus Iteratorem vindicarum perſunt curata.

C

2. Igitur

2. Igicur ad Primum argumentum Contingianum respondens Defensor non audet negare, historicos antiquos, narrantes illas quae à Coloniensi de jure coronandi sunt motæ Sedi Moguntinæ controversæ, non alium à Coloniensi prætextum usurpatum memorasse, quam à diœcesis jure petitum; caularur tatum Schafneburgensem tamen addere, privilegium Colonensi vindicatum esse, nam privilegio ante Leonis Nom obtinuisse. At verò de aliquo per Leonem IX impetrato privilegio nihil habet Schafneburgensis. Facile etiam apparet, Lambertum Privilegii voce non tabulas scriptas, sed nil nisi prærogativam intelligere: quæ est vulgaris vocis Privilegii acceptio. Ut verò Lambertus voluerit Leonis aliquod privilegium memorare: hoc tamen utique satis indicavit, causas, quare Hermanno Colonensi sit facultas coronandi Aquisgrani tunc data, non fuisse nisi duas, nempe clari-tatem generis qua Luitpoldo Moguntino ille præcellebat, & *jus diœcesanum*. Et verò ipsum illud Leonis IX privilegium ad solam diœcesin Colonensem restrinxisse omnem Colonensi daram coronandi potestatem, ex ipsis Colonensiibus liquido nuper ostensus est in Examine Argumentorum Colonensium sectione secunda. Illa quidem igitur Defensoris causatio, qua credit vim argumenti primi Contingiani se esse effugere posse, inanis est & plane levissima.

3. Moguntinum in Ottone Magni coronatione *jus nullum suum* neque primatum prætendere ausum, nullo arguento fultus addit Defensor. Nec ad tem nostram hanc fecit, quid tūm prætenderit Moguntinus. Satis est novisse, Colonensem nihil tum prætendisse præter *jus diœceseos suæ*. Posterior verò clarissime patet ex Witikindo: paulò obscurius quidem; ut tamen nec ita possit latere nos, rem eandem indica vit Dithmarus lib. 2. sub initium hisce verbis: *Hunc ( Ottonem scil. ) Hildebertus, Moguntinæ cura cathedra, cum licentia Wigfridi sanctæ sedis Colonensis Archipræfulis, in cuius diœcesi hoc fuit, & auxilio Trevirensis benedixit idque Aquisgrani. Vbi & metentur notariilla Moguntinacuræ cathedra.* Videntur enim significare Hildebertum in hac coronatione habuisse singularem *curam Maguntina sua cathedra*.

4. Äquè ineptum est quod item adiicit Defensor: *in altera causa, aggrata nimis亨rico III Casare, prouerso cecidit Moguntinus, nec auctor deinceps est Colonensi locum intendere. Ceciderit enim. Cecidit verò non*

non nisi quo~~s~~ Aquisgrani p<sup>r</sup>ævaderet jus diœcesanum Colonensem.  
Quod verò de Aquisgranensi coronatione (nam de sola illa fuit unaquam controversy) impostorum Colonensi babilis litem nullam intenderit, effecit quæ semel in eam, Henrici III Cæsaris cura, facta erat à Luitpoldo Archiepiscopo consensio.

5. Ad secundum argumentum Conringianum respondens Defensor, vix tangit quidem ejus vim. Potest illud hinc Syllogismo includi:

*Quicunque per octingentos annos, et si sepe infinitū Imperii turbū invitati, ne quidem tentarunt extra diœcesin suam coronare, illi non habuerunt persuasum tale jus coronandi sibi competere.*  
*At Colonenses Archiepiscopi per octingentos annos, et si infinitis Imperii turbū invitati, ne quidem tentarunt extra diœcesin suam coronare.*

*Ergo.*

Quod ad Majorem faciat nihil adfertur à Defensore. Ad Minorem quadantenus facit illud: *Quid opus erat Colonensem tentare extra suam diœcesin, qui ex officio jure haberet sibi ubique consecrandi? Noluit enim sine gravi causa Carolinam legem infringere.* At, bone Defensor, jam monuerat Conringius, per tot secula saepissimè gravissimas fuisse causas, quare coronations extra diœcesin instituerentur: quemadmodum *opus* fuit jam integro seculo illud ut fieret. Certè causas defuisse nemo dixerit, nūl rerum veterum Imperii imperitus.

6. Ad Tertium argumentum Conringianum nihil potuit nisi per figmentum adferre Defensor, quo ostenderet Colonenses unquam fuisse conquestos velut de injuria sibi facta, quod Moguntinus extra diœcesin Colonensem instituisset coronationem; antequam quidem fuit vulgo creditum, non nisi Aquisgrani ritè coronationes institui. Adducit enim ille quidem Sanctum Heribertum & successorem illius quasi conquestos de coronatione à Moguntino perfecta: sed jam cum diximus fabulosa haec esse, & contra fidem omnium veterum monumentorum efficta. Imò verò praesente habili Colonensi nec reclamante Conradum Secundum à Moguntino

tino coronatum esse , ex ipso constat Wippone : ut nihil sit falsus  
eo quod subjungit Defensor , non esse ullum veterem scriptorem id quisce-  
stetur.

7. Quarti etiam argumenti Conringiani vim Defensor vel non  
assecuratus est , vel sciens volensque iterum dissimulavit . Posset illud hoc  
syllogismo includi :

*Quocunq[ue] privilegio indulgeri sibi fecerunt facultatem coronandi in sua  
diocesi extra Aquisgranum , illi non crediderunt , sibi jam tum competere  
jus coronandi ubivis locorum , etiam extra diocesin ipsam .*

*As Colonenses Archiepiscopi post Auream Bullam Carolinam fecerunt sibi per  
Rupertum Cesarem indulgeri facultatem coronandi in sua diocesi extra  
Aquisgranum .*

*Ergo Colonenses Archiepiscopi post Auream Bullam Carolinam non credide-  
runt , sibi jam tum competere jus coronandi ubivis locorum etiam extra  
diocesin .*

8. Quæ à Defensore adducuntur nec ad Maiorem nec ad Minor-  
rem atque adeò ad rem omnino nihil faciunt . Videtur ita loqui , quasi  
Conringius præcipue userit , sed demum Rupertinum privilegium  
imperaturum , idque dedisse potestatem ubivis coronandi . Mirabitur  
sive ruditatem sive *opismi* Defensoris quisquis responsonem cum  
Conringiano illo arguento contenderet . Prodit verò & in eo suam  
ruditatem idem Defensor , quod non observaverit vitium à typogra-  
pho commissum in nomine Mamerani . Addit ( inquit ) *auctior editio  
Mameranum* : Cùm tamen Nicolaum Mameranum non temerè ig-  
noret qui rerum Catoli V est paulò studiosior indagator . Præter  
verò Mameranum alii quoque ætate illa à sola diocesi crediderunt  
esse jus coronandi , quod Colonensi Aquisgrani competit . Dabo  
nunc unum omni exceptione majorem , & Germanicarum rerum  
longè petitissimum , Albertum Cran zium , lib . 8 , Saxon . cap . 21 . Ver-  
ba ejus sunt : *Studuit huic ( Richardo ) Conradus Archiepiscopus pere  
tempora Colonensis : quæ perductum Aquisgranum deinde coronavit . Quod  
illius opera ab anti no tanquam in sua provincia apud D . Karolum primum per-  
mititur . Datur hoc memoria magni Imperatoris , qui ibi creber mansit , ibique  
tumulatus in tubam expostus novissimam .*

¶ Quæ

37

9. Quæ sub finem à Defensore ammetitur facio atrox Conringii accusatio, itidem vix dixeris cuinam sit virtio tribuenda. Fraudis neme-  
pe insimulatur Conringius, & tanquam egregiè Lettorem decepit, pro-  
mittens probaturum se, Colonensem jus coronandi sola consuetudine habere  
ex liberali concessione Moguntini, nusquam verò verbo indicaverit quando sit  
Coloniensi facta ea concessio & ejus confusio capta. Hoc profectò cui  
morbo adscripteris incertum est: cùm utique Conringius in omni  
hoc negotio candidè arque aperte egerit, & originem rei indicave-  
rit. Nempe primò omnium in jus illud Colonense *consensisse* Luit-  
poldum Moguntinum, et si vix & ægrè ille consenserit, teste Lamber-  
to Schafneburgensi: ex eo verò *consensisse* & secutos Archiepisco-  
pos Moguntinos: atque ita ex diuino consensu & hinc nata consuetu-  
dine jam illud Colonense ius esse roboratum.

## AD QUÆSTIONEM VII.

1. Ante quam ad castigationem eorum, quæ Quæstione VII. à De-  
fensore sunt disputata, aggrediamur, præmonendum est, illa omnia  
quæ sectione IV & V à Conringio, arque adeò à Defensore Quæ-  
stionibus oppositis Septima, Octava & Nona disputantur, ad causam  
S. Sedis Moguntinæ quæ ipse est cum Coloniensi, nihil pertinere.  
Aquisgranienim soli Coloniensi, hodie quidem, competere coro-  
nandi jus, ultra concedit Eminentissimus Moguntinus Elektor. Iu-  
re an injuria, aut quo prætextu, qua occasione, illam potestatem Co-  
lonienses iurio nocti sint, in controversiam non venit: nec interest  
Moguntinæ causæ. Itaque quum mihi potissimum id consiliis sit, ut  
Moguntinum jus in tuto collocetur, possim facile tres illas quæstio-  
nes Defensoris omittere. Scio etiam, non invito id fore Conringio:  
ut qui unicè amer omnem illam controversiam nudare ab alienis liti-  
bus, & jus S. Moguntinæ sedis defendere: quicquid fuerit de his, quæ  
majoris duntaxat lucis ergo, duabus illis sectionibus proposuit.

2. Quoniam ramen etiam ipse me existimem, non abiisse Conrin-  
giatum in hisce etiam ab eo quod verum est, videamusque nihilominus  
illum durissime à Defensore veritatis professæ causa tractari, resque  
omnis faciat ad exactam cognitionem iuris coronandi: perinde ut an-  
tehaec non dubitavi suscipere tutelam Moguntinæ Coronationis; ita

etiam non gravabot & veritatem ab officiis & virum Clarissimum ab  
injuriis hac quoque in re defendere.

3. In Quarta quidem sectione Conringius instituit maximè probare duo illa, quæ possint videri soli Colonensi Sedi primum omnium conciliasse olim jus & potestatem Aquisgrani coronandi, non esse veritati consentanea aut firma. Alterum, nempe hoc: Ex Caroli Magni instituto coronationes Regias Aquisgrani duntaxat rite possent institui. Et illud Alterum: Iuxta ejusdem Caroli Magni Legem & canonum instituta Regem Aquisgrani soli Colonensi consecrare fas esse. Hinc nata est Defensori Quæstio VII: An Aquisgrani tantum legitimè Reges Romani consecrēntur: & Quæstio VIII: an Colonensis solus habeat jus Aquisgrani coronandi. Debuisset autem Defensor, si rectè cum Conringio voluisse disputare, prout parerat, formare ita Quæstionem VII: An ex Caroli Magni instituto coronationes Regie Aquisgrani duntaxat possint institui: Quæstionem Octavam verò: an juxta Caroli Magni Legem & canonum instituta solus Colonensis habeat jus coronandi Reges Aquisgrani? De industria autem Defensorem quæstiones illas ita obscurè propoluisse, indicat utriusque quæstionis tota tractatio salebrosa, obscura & impedita, ut quid velit quid non velit, perspicacissimus vix intelligat. Solet autem hic quidem esse mos Sophistarum, veritatis autem sectatoribus planè invitus.

4. Cum primis verò illa affectata obscuritas & tricatio adhibita est in tractatione Quæstionis VII. Neq; enim quæstione in se propositam aperte usquam vel affirmat vel negat. Imò verò ipse met videtur negativam sententiam amplecti. Ita enim incipit: Choragum initio Conringius agit, & tacito nomine Sanctum Heribertum inducit, afferentem de essentia Regis coronationis Romanorum esse, ut fiat Aquisgrani, non posse Legem Carolinam aboliri: tam insipiens non fuit vir ille eruditissimus & Archicancellarius. Insipientia ergo est ex Defensoris mente, credere Aquisgrani tantum legitimè Reges Romanos consecrari. Placet ita Defensori negativa: quæ & Conringio placet, & ab illo fuit defensa. Saltem hactenus itaque inter utrumque nulla est dissensio. Debuisset autem hoc Defensor proficeri, & non malignè dissimulare. Omnis dissensio videtur in eo ver-

eo versari; nam Carolus Magnus aliquam legem tulerit de coronationibus Regis Aquisgrani instituendis? Negavit enim hoc Conringius. Defensor vero multis clamoribus affirmat.

5. Ac Conringius quidem, paginæ 20. initio, affirmat, famam de Carolina Lege isthac cœpisse demum seculo duodecimo. Antehac verò illius fama nullum vestigium reperiri, probat usque ad paginam 23. §. Eodem seculo ramen. Officii ergo fuisset Defensoris, ut idem aperte negaret vel affirmaret. Et, si voluerit negare debuisset argumenta Conringiana ordine propria refutare. Nunc autem videoas eum horum nihil agere: sed mordere quidem illa à Conringio disputata, ita involvē & obscurē ramen, ut nemini hominum possit temere in mentem venire, quosdam pertineant omnia quæ adfert. Quod indicium est sane vel incitaz magnæ vel malignitatis. Nos tamen quo illa se dabunt loco, nonnihil (parcimus enim homini) castigabimus.

6. Ipsum exordium tractationis Quæstionis septimæ incipit Defensor ab iniqua Conringii accusatione: Hunc Choragum agere & tacito nomine Sanctum Heribertum inducere afferentem, de essentia coronationis Regis Romanorum esse ut fiat Aquisgrani, nec posse Legem Carolinam aboliri. Quo verò iudicio, Defensor, constat, hoc in animo fuisse Conringio? Si nullum est indicium, injuriosa itaque & vana est isthac tua suspicio. Quō verò etiam potuit hoc voluisse Conringius, cum multis disputeret Sect: 4 pag. 20 editionis Helmstediensis, state Sancti Heriberti illas sententias, quodad essentiam coronationis pertineat ut illa fiat Aquisgrani, nondum invaluisse, & memoriam Legis Carolinæ cœpisse demum anno Friderici I, doceat pagin. 23?

7. Merito porro Conringius fabulam vocavit omnem illum narrationem vestram de repetita per Sanctum Heribertum coronatione Sancti Henrici Casarii: merito etiam negavit ejus auctorita esse Adelboldum. Assertionem scribenti fuisse sibi ad manum solum illum Adelboldi nomine à Canisio editum libellum fas-sus est Conringius. Vedit & optimi P. Gretzeri Adelboldum, longe melius

meliorem sicut illo. In neutro tamen libello reperitur illa fabula vestra. Quamque in ea fingenda falsi sitis, expositum jam est in Examine Argumentorum Coloniensium. Eoque non est quur nunc addam verbum.

8. Frustra vero etiam & ridicule Defensionem Germanicam novushic Defensor à Conringianis telis defendit. Verba Germanica haec fuerant: Sanctus Heribertus Coloniensis ist auf seinem rechtfsohrt bestanden das Henricus sich von Ihm außennew zu Achen Krönen lassen müssten/ idque astipulante Gregorio V. Pontifice. Vide Adelboldum in vita Sancti Hermanni. His opposita fuerunt hæc in Assertione: Sed & fabulosum utique est, quod habet Defensor Coloniensis pag. 59. iteratam illam coronationem peractam esse astipulante Gregorio V. Pontifice: certas enim Gregorium V obiisse anno 999 triennio integro antequam Ottom III successus Henricus Rex. Certè sola hac fabula aperte est omnem narrationem suspectam reddere. Iudicet jam Lector, an hæc sequentia Defensoris novisatis sint Conringio refellendo. Huic reperita Heriberti inaugurationi rectè adstipulari dicitur Gregorius V metonymicè, licet mortuus, edita sua constitutione, (quasi ille constitutionem ediderit de coronatione Aquisgranensi per Coloniensem instituenda) Iudicet hæc Lector qui & quis & bonus est. Certè quæ addit defensor, à culpa calunniae haud vindicaveris. Adeoque imperie totum scriptum Colonense suspectum facit & fabulosum. Nec enim Conringius de toto Scripto Coloniensi quidquam dixerat; sed solam illam narrationem de Heriberto fabulosam prouinciaverat.

9. Subiungit mox Defensor pauca de Conradi Salici, Rudolfi Suevi, & Henrici V. coronatione. Quæ confirmatione non indigent, sed sola collatione cum Assertione instituta. Notandum autem est, hæc esse quæ Defensor voluerit deposita illisquæ Conringius attulit, ut probet Henrici II Cælatis coronationem Aquisgrani non repetitam, ut & usque ad Henricum V de Lege Carolina isthac famosa alcum fuisse silentium. Nec verò hæc Defensoris qui quam temerè intelligeret. Facta verò cum iis quæ in Assertione habentur contentione, non dubito, facile fore palam, quid distent era tempora.

10. Inde

10. Inde porrò fatetur Conringius, seculo duodecimo Legem illam Carolinam Aquisgranensem, quæ fertur, jam cōspissē ostentari, imò à Friderico I Cæsare pro germana & recta fuisse agnitam: atque ita passim fidem invenisse. Supposititiani tamē esse probat nonnullis in medium productis argumentis pag.  
24. & 25.

11. Hic verò jam Defensor cotirrà incipit in Conringium destomachari tam atrocibus calumniis, ut nequeam satis hominis intemperiem mirati. Mutata, inquit, scena medicum induit qui censet Hippocratis consilio extremū morbi extrema convenire remedia, sectionem & usitatem: sic cum, preter consuetudinem seculorum otio, illustres alii tituli iuri Coloniensis exsistunt in rescripto Cesareo, Bullis Apostolicū, Canonibus Sacris, & coevis antiquis Scriptoribus, qua causam adversariam graviter satiante, elevat Medicus noster omnia, halitu difflat objecta, rescindit decreta Pontificum at erroribus implicata, Cesarum pragmáticas ut fabulas flammis consecrat, exhibitat canones ut perlevia observationis, summa quidquid juri Moguntino contradicit, quantumvis sacruus & 20 Cesarum chirographio munitum, abolendum censet, ne jus Coloniense alio fundamento, quam liberalis donatione Moguntina fulciatur.

12. At verò, ô iracunde Defensor, Quam scenam mutat Conringius? An medicum agit omnis qui scripta & tabulas aliquas arguit falsi, & convictas reiicit? Quid est dictu insolitus, quid absurdius? An Conringius omnia in honorem Ecclesie Coloniensis dicta elevat? Ubi, & quando? An ille halitu difflat objecta? Quænam sunt illa objecta? Quid objectum ille reiicit non adducetis rationibus? In rescripta quædam summorum Pontificum ex falsis narrationibus nonnulla irreplisse pertinacia ad iura & instituta Regni Germanici, dixit quidem pagin. 36. Dicit autem modestè profecto. An verò quisquam Catholicorum tale quid fieri posse unquam negavit? An non infallibilatem S. Romanæ Sedis Catholici omnes fidei & morum controversiis solemus definire? An Conringius Cæsarium pragmaticas ullo in scripto, ut fabulas, flammis consecrat? Cedò librum, indica paginam. Illam quæ Caroli Magni nomine fertur Aqui-

gennensem legem fictitiam esse assertuit, aliam nullam nec hanc quidem flammis consecravit, aut, uti passim loqueris, flammis abolendam censuit. Ubinam porro exhibilavit Conringius canones ut per levis observationis? In omni libello ejus haec tantum occurunt pagin. 26 de Canonibus: *Etsi enim diacebus singulis sua sunt jura prudenter constituta per Canones Ecclesiasticos, notum tamen est, non eum esse rigorem Canonum, ut sine omni exceptione strictè semper sint observandi.* An hoc est exhibilare canones? Au in hisce verbis quidpiam occurrit, quod verum non esse agnoscat Ecclesia Catholica, immo quod verum esse, non in confessio sit apud omnes? Postremò ubinam Conringius censet abolendum, quicquid juri Moguntino contradicit, quantumvis sacrum & viginti Cæsarum chirographis munitum? Nihil tale in hoc universo orbe reperitur. Fictam censuit Legem Carolinam illam: abolendam non censuit. Nec illa iuti Moguntino extra diacebus Coloniensem coronandi repugnat: ut Coloniensem nihil juvat. Per Conringium & omnes qui jura Moguntina defenderunt, utero hoc semper fuit publice affirmatum. Vin igitur, Defensor, dicam uno verbo qualia illa tua sint quæ Conringio improperas? Calumniæ sunt: Fœda sunt mendacia: indigna viro bono & honesto. Pudet me tui.

13: In eorum metteris laudem quod paulò videaris mitior illò Vindiciarum Coloniensium autore ( sive ipse fortasse mutaveris sententiam ) quem fiscalis virga castigandum Conringium non prodidit affirmare: pagin. 100. Quasi scilicet omnis qui profiteretur, Imperatoribus & Principibus interdum suppositis & fictis tabulis obrepit, peccet in Cæsarum & Principum auctoritatem. Quid meruit ergo Cardinalis Baronius, quid Bellarminus, duo summi Catholicae Veritatis propugnatores, quid alii, qui tam multa scripta, quæ aliquot seculis in Ecclesiam & ipsum Corpus Canonicum, ipsorummet Pontificum & Sanctissimorum Patrum mentitis nominibus, irrepererant; plurimisque imposuerant, non dubitaverunt expungere & quæsi notis inusta reiucere?

14. Nec

14 Nec verò solus Conringius in dubium vocare causus est fidem Tabularum Aquisgranensium. Fecerunt idem & alii Moguntinæ cause patroni. Nec hi primi fecerunt, sed jam ante eos alii. Num verosimile est, Cardinalem Baronum non memoraturum fuisse tanti momenti pactum, inter Leonem & Carolum initum, de coronatione Regis Romanorum quæ antecedere debet coronationem Romanam, si tabula ista vix ipsi fuisse aliquam mereri fidem? Nec profectò illas ignorare temere potuit, quem nihil ignorasse illorum temporum constat. Albertus Miræus in Codice Donationum piarum pagin. 47 disertè scribit: *nonnulla titulorum seu dignitatum vocabula suspectum mibi reddunt hunc sermonem.* Ex Acatholicis I. Gryphiander IC. lib. de Weichbildis Saxonici cap. 35. num. 16. disertis verbis negat diploma illud genuinum esse. Neque nunc primum in gratiam Moguntinæ cause ita sensit Conringius: sed jam ante annos tredecim lib. de Origine Iuris Germanici cap. 13 pronunciavit tabulas illas suppositicias. Quo patet per calumniam scribi à Defensore, legere inepto editos à Conringio. libros pagin. 20: *Carolinam illam quam vocat pragmaticam in jus vocatam à Conringio, ut originem primogenitam Colonensis tituli subruat.* Nec profectò ante annos tredecim vel per somnium ipsi in mentem venit illa quæ nunc est de jure, coronandi contentio: nec illa Carolina tabula vel tantillum juvat Colonensem causam, ceu jam tūm in ipsa Assertione pagin. 35 disertis verbis ultre est agnitus, & liquido nuper probatum in Examine Argumenti primi Colonensis.

15. Edere jubet Defensor *inepias & affrias* (non *affamias*, ut perperam Latiniflat. Defensor) quas scilicet Carolino diplomati inesse scripserat Conringius. Ne dubitet verò Conringio in promptu esse illas edere. Sed cur id nunc quidem agat, nihil est causæ: quia omne hoc ad Moguntinam causam, aut ad questionem à Defensore propositam, nihil attinet. Imò verò quia unum liquido appareat, Colonensem partium patronos ad levem quamlibet & innoxiam mentionem injectam falsitatis Tabulatum istarum non incandescere duntaxat, sed stultè baschari

ac pene furere , intempestivum est movere nunc illam cameritatem , & quasi ignem gladio fodere . Non deerit veritati Conringius ubi ante nonnihil deferuerit animorum hic æstus , & per tumultus Colonensium Litigatorum licebit defoecato judicio rationes arbitrari . Iam quidem per unam assertione suam videtur sibi sat convictiorum in caput suum accendisse .

16. Et verò quare scribat Conringius Defensoris iussu , quum liquidd appareat , illum sive per animi affectum , sive præ ruditate , argumenta in Assertione adducta in id tantum , ut probetur , à Carolo non esse institutum , aut cum Leone II pactum , ut omnes Romani Cæsares Aquisgrani initiantur , Romæ verò dein , sic initiati sine ulla contradictione Imperatoriam Majestatem plenius assequentur , ( quæ verba sunt Tabularum ) non assecutum esse ?

17. Dixerat nempe Conringius : At verò à Carolo Magno institutum non esse , ut consecratio aut initatio Regum prima fiat Aquis , palam est vel ex eo , quod cùm hoc privilegium existimetur traditum circiter anno 804 , Carolus biennio post omne regnum suum in tres partes inter filios totidem diviserit , non nisi uni illorum attributa ea parte qua Aquisgranum comprehendit &c. Ad illud non nisi hoc respondet Defensor : Quid inde conficis ? non potuisse sedem Regiam & locum coronationis Regis Romanorum instituere Aquisgrani ? Numquid & ipse vivus anno 813 Ludovicum filium successorem in Imperio ibi coronavit ? In margine notavit : Objecta diluvuntur . Hoc scilicet Defensori est , objecta diluere . At verò ea est vis illius Conringiani argumenti , ut nec Defensor nec quis alius delere id valeat .

18. Syllogismo illud includam , ut tandem aliquando Defensoris , & quæ incepti Vindicis , oculos feriat .

*Quicunque urbem Aquisgranensem in propriam possessionem tradit unis filiorum , & quidem illi cui Vrbis Roma atque Italie imperium ex ejusdem prescripto non debet*

com-

*competere, ille non vult, nisi omnis Romanus Imperator R-  
quisgrani initietur.*

*Atqui Carolus Magnus in propriam possessionem Aquisgra-  
num tradidit uni trium filiorum, & quidem illi cui Italia  
& urbis Roma Imperium ex eiusdem prescripto non debe-  
bat competere.*

Ergo.

Majorem nemo sanè mentis negauerit. Minor perspicue patet ex formula divisionis totius Imperij, factæ à Carolo anno 806, biennio post Leonis cum Carolo Aquisgranensem congressum, quæ à P. Pithœo primum edita inserta est Ecclesiasticis Annalibus à Cardinale Battonio. Qui verò potuerit Carolus tale quid instituere, si biennio ante iniisset pactum solemne cum Leone III Papa de initiandis Aquisgrani omnibus Cæsaribus, idque voluisse esse perpetuum? Quod de Ludovici Pij coronatione à Carolo Aquis, post filiorum duorum obitum, facta addit Defensor, nec ad maiorem ne ad minorē, atque adeò ad rem non facit. Etiam verò hæc coronação Ludovici Pij adversa fronte pugnat cum illis Tabulis. Si illis enim credimus, pactum cum Leone III fuit, ut Aquisgrani fiat Regia initiatio, sic initiati autem *Roma plenius Imperatoriam Ma-  
iestatem assequantur*. Carolus verò statim Aquisgrani Ludovicum filium suum coronauit Imperatorem: utque ex Onuphrio ipsomet iam ante adduxit Defensor, Ludovicus ab illo usque die quo à Patre dictus fuit Imperator, *Imperi annos numerare solei*; persuasio utique & Patre pariter & filio, nihil deesse amplius Imperato-  
rite Maiestatis, aut Romæ demum illam assequendam esse.

19. Pari verò modo Defensor nec secundum Contingij ar-  
guementum assecutus est, petitum ex eo quod Ludovicus Pius statim  
anno 816. non Aquisgrani sed Rhemi à Stephano Papa coronari se fecerit,  
cum tamen memoria Carolinorum initiatorum recentissima cum effet, &  
apud Pium filium observatio eorum longè religiosissima. Respondens enī,

quid tum & ait. *Quod Roma facere debuerat Rhemis preficit.* Imò vero, si ex recentissimo pacto, cum Pontifice Leone inito Aquisgranum fuit caput & Sedes Imperij Transalpini, & si ibi demum ritè fuit iniciatio Cesarea, non Rhemis sed Aquisgrani debuisset illa quoque coronatio institui.

20. Hæc duo duxaxat argumenta adducere in medium placuerat Conringio: & tamen ne hisce quidem diluendis par fuit Defensor. Quid ab illo exspectemus igitur confutationem argumentorum, quæ adversus ipsas Tabulas illas plurima in promptu habemus? Ea vero, si opus, depromptum tandem iri, ne ambigat.

21. Dixerat porro Conringius: *nolle se urgere*, quod nemo planè omnium Caroli posteriorum memoretur Aquisgrani consecratus, etiam illorum quorum in ditione fuit Aquisgranum. Defensor vero prorumpit in hæc verba: *Miseret me tue memoria*, Conringi: *hoc loco negas hic verbi*, nullum Caroli posteriorum Aquis coronatum. Nemo autem post lineas 18 ex Thegano describit Aquensem Ludovici Pij coronationem. Me vero, ô Defensor, miseret & fidei, & judicii, & memorie patiter tuæ: memoriam autem Conringij video integram esse. Conringius dicit, neminem Caroli posteriorum *memorari* Aquisgrani esse consecratum: Tu mala fide scribis, negas. Conringium, quenquam Aquis esse coronatum. Conringius dixit caute, *neminem memorari consecratum*: neminem consecratum esse, affirmare non vult, haud nescius non omnia literis memorata, & fortasse consecratum quem esse, et si memoria eius haud supersit. Tu vero dum non distinguis inter *coronationem* & *consecrationem*, item, inter consecrationem factam & memoriam, eo ipso ostendis, quām imbecille tibi sit judicium, atque impar rebus arbitrandis. Memoria denique tua quām sit turbata, ostendis, quod cūm allocutus fuisses Conringium, scriptissime *negas hic verbi*, illis verbis recitatis mox in tertia persona formato sermone addas: *ex Thegano describit*.

22. Non est vero quod arbitris, Conringium memoria lapsu sibi contradicisse. Primo loco est locutus de *consecratione*, altero ex The-

*Thegano de coronatione.* Quod sane tu velut certum assumis, nem coronationem habuisse *olim* coniunctam consecrationem, id a vero est alienissimum. Certè monumenta antiqua consulentibus manifestum est, quasdam coronationes fuisse Laicas, ut ita loquar. Non aliam fuisse coronationem illam Ludovici Pij, qua de sermo est, per sit verosimile; quoniam non sacerdotali manu, ut in sa-eris coronationibus iam tum mos fuit, sed propriâ impositio corona facta est. Certè in Thegano sacræ alicuius ceremonie, in omni isto coronationis actu celebratae, nulla sit meptio, sed disserit dicit: *Hoc factò (h. e. post impositam coronam) audientes missarum solemnia ibant ad palatium.* Et verò probabile fit, Carolum sacram coronationem Cæsaream (qualis illa erat Ludovici, ut qui iam tum puer ab Adriano fuisse unctus & coronatus Rex) Pontifici Romano, cui illa competebat paragenda, reservasse & hancesse quam Stephanus Papa contulit. Lotharium & fratres itidem coronatos fuisse Aquisgrani, noverat Conringius. Monitu illo Defensoris non erat opus. At non legerat *memoriam* eorum *consecrationem*. Hanc ubi produxerit *memoriam*, cedet Defensori: interrunt existimabit Defensorem habuisse operam. Quid verò, si ille petat sibi à Defensore monstrari fidelis testimonio, quemquam posterorum Caroli post filios Ludovici fuisse vel coronatum Aquisgranum? *Aequa* utique petitio fuerit. Si enim usque adeò (ut in illis est Tabulis Aquisgranensisibus) magna tum fuit in auctoritate Aquisgranum, ut ex instituto Caroli ibi debuerit coronatio fieri Regnum, utique saltim Rēges Lotharingia vetosimile est coronati ibi debuisse; at hoc nusquam legitur. Ex adverso novimus Carolum Calvum occupati Regni Lotharingici coronam Metis accepisse, Carolum Crassum vero & Arnolphum & huius filium Ludovicum, tametsi Aquisgranum in possessione sua habuerint, in Germania Transrhenana fuisse coronatos: de alijs Caroli posteris Lotharingia dominis omnia incerta esse.

*Acta Hisce*

23. Hisce probè expensis pater , illas repetitas pag. 21 Defenso-  
ris in temeritatem scil. Conringij debacchationes & calumnias nova de-  
pulsione non indigere.

## AD QVÆSTIONEM VIII.

1. Iam ante conquesti sumus , quæstionem hanc ita esse proposi-  
tam, ut non rango statum controversiæ à Conringio moræ ; & tracta-  
tionem eius ita institutam , ut nemo facile assequatur, quid vel Con-  
ringius vel Defensor sibi voluerit. Debuisset nimurum Quæstio hæc  
sic proponi:

*An solus Colonensis vel ex Caroli Magni Lege , vel ex prescripto Canonum, ius  
habeat Aquisgrani coronandi?*

Affirmativam sententiam reprobat Conringius. Quæstionis autem à  
Defensore propositæ: *An Colonensis solus habeat ius Aquisgrani coronan-  
di*, affirmativam amplectitur . Hodie scil. & iam ab Henrico  
usque III Cæsarî ævo illud ius soli Colonensi competere, ultrò  
fatur.

2. Videtur autem ita disputare ( obscurat enim & intricat om-  
nia ) Defensor , quasi & vi legis Carolinæ , & auctoritate Cano-  
num , ius illud soli Colonii nisi debeatur. Videamus quam bene.

3. De Lego Carolina disputat primum usque ad illa pag 24. Rides  
me adhuc : ita tamen ut more suo præmittat atrocem in Conringium ca-  
lumniam , dicens; *abolita iam pragmatica ad sacros canones rescindendos ac-  
tingitur*. Nec verò Conringius abolitam voluit illam quam inepte ap-  
pellat Defensor *pragmaticam*; à *sacris autem canonibus rescindendis* animo  
est alienissimo , & quanquam Acatholicus, Sacrae Antiquitatis tamen  
non irreverens.

4. Quod Legem Carolinam attrinet , meritò negavit Con-  
ringius, ulla unquam lege à Carolo Magno datum solis Archiepi-  
scopis Colonensisbus Aquisgrani ius coronandi. Nec enim talis  
alicuius legis in omni antiquorum temporum memoria aut vo-  
la aut vestigium reperitur. Conringius dixerat , ne quidem ra-  
tem legem hæcenus fuisse factam , tanqùm abest , ut que-  
piam genuina Lex cuiquam hominum fuerit visa. Debuisset  
iam

jam Defensor producere talem aliquam legem. Sed misero non potuit; ut pertinaciam verò ostenderet, confugit ad ratiunculas. Quas tamen nemo itidem facile intelliget, nisi legerit Vindicem Colonensem. Vno enim codemque spiritu vterque agitur.

5. Ratiunculae videntur tres esse: I. Petita ex jure dioecesano. II. Ex testimonio Munsteri, Crusij, & Azorij. III. Hildeboldi Colonensis dignitate & actibus. Omnes pluma leviores, & nihil perinde ostendere aptæ quam levitatem judicii aut animi perversitatem, queis Defensor laborat.

6. Ad primam hæc pertinent: *Numquid si in Mariano Aquenſi templo ſolum Regum coronandorum eſt erectum, Metropolita ſolus eos ungendi gaudeat poſſeſſate?* Respondet autem; poſito etiam antecedente conſequentiā tamen non valere: idque propter ea, quoniam coronandi jus non proprieſtate eſt jus metropoliticum. Hoc posterius vel admittere cogitur Defensor etiam invitus, vel fateri debet Colonensi non competere jus coronandi niſi vbi metropolitam agit, atque adeo non niſi in propria dioecesi. Sole ſunt hæc meridiano clariora; & tamen, quaſi ſint talpis cæciores, partium Colonensium illi duo patroni, Vindex & Defensor, non vident ſeſe h̄ic teneri. Jam verò quis paulo ſanioris etiam judicii non ſentit, Munsteri, Crusij & Azorij: testimonia non eſſe paria quæ idoneè probent in re controverſa, quid actuū ſit tempore Caroli Magui: & tamen vim omnem ſui argumenti in illis Defensor collocat.

7. Aequè stupidum eſt argumentum tertium. Hildeboldum apud Carolum Magnum fuſſe ſummæ auſtortatis & gratiæ. fatemur. Fac verum etiam eſſe, quod adeo ſtudiosè conatur persuadere, ab Hildeboldo Ludovicum Pium eſſe undū & confeſſatum. An hinc ſequitur: Carolum Magnum lata lege omnibus & ſolis Archiepiscopis Colonensibus contuliffe juxta Aquigrani coronandi? Ita colligentem Vindicem ex merito accepit jam Examen Colonensis argumenti primi. Si Defensor poterit ſalva forma commodum hinc ſyllogiſmuſ exculpeſſe, promitto ipſi pro quavis propositione quicquid opis eſt meæ. Obiter verò obſervabit; qui ex ſequioris ævi ſcriptoribus coronatum aut confeſſatum ab Hildeboldo perhibent Ludovicum Pium, illos ferè coronationem illam reiicere in annum 814. post obitum Caroli

E patris.

patris. De hac coronatione verò ita judicare Coloniensem Gelenium  
vitum & Vindice & Defensore & sannione Streichagio infinitè melio-  
rem maioremque, vi ad actum veritatis, Hierotheca p. 47: Quod addunt  
*Chronica Coloniensia*, & ex ijs chronicon *Magnum Belgij*, *Ludovicum Carolum*  
*Magni filium ab obitu parentis ab Hildeboldo fuisse coronatum*; commentum est,  
& nulla nititur auctoritate. Nam Sigeb. ad annum 812. Regino, Thegatus, Ba-  
ronius ad annum 813. & Marianus Scotus ad annum 814. auctores sunt, Ludo-  
vicum jussu parentis adhuc viui in palacio Aquisgranensi diadema ex altari ma-  
jori acceptum sibi imposuisse. Vbi cum Gelenio convenerit Defensor, po-  
terit porrò facere periculum in struendo illo syllogismo.

8. Pergit verò jam sycophanten agere. Rides (air) ne adhuc laudare  
pragmaticam à te Vulcano consecratam; ludionem induit, qui protritus Cesareis  
Rescriptis ad incidentos canones aciem acuiv. Calumnia est; Continguum Vul-  
cano consecrassit quam ille vocat pragmaticam. Calumnia est; Continguum  
aciem acuere ad incidentos canones. Ineptum est dictu, ut aciem acuat adinci-  
dendos canones Continguum ludionem induisse: nec verò ludionum est acuere  
aciem, sed lanistarum forte aut lanionum.

9. Jam tum verò ad præcedentem quæstionem adduxi verba ipsa  
Conringij de canonibus. Quæ profectò liquidò ostendunt, vt rò agno-  
scere illum per canones prudenter esse singulū diacestib; sua jura instituta; tan-  
tum hoc monuisse, non esse eum rigorem canonum ut sine omni exceptione stri-  
ctè semper sint observandi: circa consecrationes sapientiæ aliquid indulgeri sole-  
re. Hæc profiteri, an sit canones rescindere, & ludionem aut lanionem age-  
re, omnibus bonis & æquis iudicandis permittitur.

10. Novit proculdubio Conringius, quæ ipse his quidē est verbis pro-  
fessius, esse hodie nota in vulgus omnibus Catholice Ecclesiæ filii. Non  
quasi cuiusvis sit, pro libertu canonum rigorem mollire; sed simpliciter,  
fieri id rectè posse ab iis, quos penes est dispensandi facultas. Existima-  
bat item Conringius in Assertione sua, saltem à Coloniensiū nemine  
ea in dubium vocari posse: quum ipsime veline omnes consecrationes Regias  
etiam extra suam diocesin à se instituendas esse. Denique exemplo Ottonis  
I. II. III. &c. Wilhelmi Hollandi probauit, duntaxat olim Coloniensi-  
bus fuisse persuasum, nec Carolinam aliquam legem nec Canones ob-  
flare, quo minus Moguntinus Aquisgrani ritè potuerit consecrare vel  
angere.

IX. Con-

11. Conta hæc ita sese gerit Defensor, ut dixerit et ipsius movens omnia, satis prodat vel ruditatem suam vel malignitatem. Nec enim in recitandis Conringianis bonam fidem præstat, nec in refellendis rectam vim judicii. Si canones (inquit) opponas, prætextum vocas per levem, lucet antiquissimum, non eos strictè observandos, cum sacrum characterem non imprimat. Dixerim typographi vitio excidisse coronatio, ut sit legendum, cum sacrum characterem non imprimat coronatio. Conferat vero æquus Lector, cuius opti est, hæc Defensoris cum iis quæ de canonum prætextu illo habentur pag. 26 Assertionis Conringianæ.

12. Cum primis vero bonam mecum desiderabit, scio, qui contulerit Conringianæ Assertionis illa quæ leguntur p. 27. §. Non vocabatur, cum dilemmate formato quasi ex mente Conringij à Defensori pag. 25. Ridiculo instas (inquit) dilemmate, quo merito canonum te rudem profiteris. vel canones sunt strictæ observantie nec potuit contra eos Coloniensis Moguntinus permittere unctionem, vel non sunt strictæ observantie, neque prohibenti regias in aliena diaœci consecrationes. Hoc dilemmate disertis profecto verbis nusquam est vsus Conringius. Interim verum est, si potuit in diaœci Colonensi. Moguntinus consecrare ipsis olim Colonensisibus consentientibus: Erga Colonenses saltim olim crediderunt, canones non prohibere, quo minus Moguntiaus quadam justa de causa Aquigrani coronationem sacram instituat; atque adeò canones non esse ad eò strictæ observantie, ut per dispensationem mitigari nequeant: Imò per consequens canonum prætextum leviorem fuisse, quam ut unicus ille prætextus soli Colonensi concedere debuerit Aquigranensem coronationem contra Moguntinum; Primatus &c possessionis jure eamdem sibi ætate Henrici III Cæsaris vendicantem. Potuit enim utique, fatente ipso Defensore, admittere in diaœci sua Moguntinam coronationem, non obstante canonum rigore, Colonensis: solus rigor ergo canonum non potuit etiam jure Moguntinum à coronatione excludere.

13. Scribit potò Defensor: Soli Colonensi quiores locali cedere privilegio vult, conceditur per omnem Germaniam, ex officio & lege superiori; Regem per se vel alium consecrare. Esto, etiamsi vetum non sit. At vero hinc palam est, si lex aliqua superior, & officium jubeat, per canones impediri non posse aut debere, quo minus consecrations fiant ab aliquo extra diaœcis.

cessit. Quid aliud verò voluit Contingius? Quia in re dissentit ergo de canonum rigore à Conringio Defensor? Dispeream si vel minimam videam dissonantiam inter utrumque. Si idem verò cum Contingio sentit Defensor, summa profecto malignitas est, innocentem hinc Conringium traducere, tanquam factorum canonum *irrisorem, incisorem, refusorem, exhibilatorem.*

14. Quod exempla coronationum à Moguntino Aquisgrani peractarum, quibus usus fuit Conringius, attinet: non potest negare ad Ottonis Magni unctionem admissum Moguntinum; afferit tamen confidenter, Colonensem sibi reservasse partem humororum & brachij ungendam: quod ante illum nemo dixit forte, nec somniauit. In dò Wil-  
tikindum ita omnia narrare, quasi solam coronæ impositionem juverit Colonensis, probaverat Conringius in Assecuratione: Defensor verò nihil ad rationem respondens, tantum aliud narrat; quasi hoc sit satis. In coronatione Ottonis II. functum suo munere saltim ex parte Moguntinum, idem non ausus fuit Defensor negare: sed tamen, primas partes tum fuisse Brunonis Colonensis. Quasi illud si verum sit, quidquam ad hanc rem faciat. Conringius rectè credit, satis esse sibi, si saltim ex parte consecratio fuerit à Moguntino peracta. Et tamen primas in illo actu obtinuisse Brunonem Colonensem, ex iis quidem quæ adfert, nullo ferme tylogismo Defensor probaverit: quod sentiet ubi fecerit periculum. Ad Ottonis II. coronationem nihil attulisse Colonensem, fateri cogitur iridem Defensor: at excusat; factum enim illud esse, quod jam monachalem habitum assumpsisset Warinus Colonensis, cum primi defensores Colonenses scripissent Warinum illum morbo tum fuisse detentum. Vtrique fabulæ adversa sunt quæ de Warino narrat Dithmarus: sed ille, et si tum temporis vixerit & rebus Imperij, tanquam Episcopus Mersburgensis; præcipua ortus nobilitate, gerendis admotus fuerit, relictus à Defensore tanquam qui in anno coronationis aberrauerit. Tanta nimurum est libido singendi aliquid in gratiam partis quam tutandam suscepit: ut non pudeat fidem detrahere scriptori *etiam* rei gestæ, & quia talia non potuit ignorare. Wilhelmi Hollandi dexteram à Moguntino esse unctam idem non potest negare Defensor: ramen nonnulla addit, sed quæ nihil ad rem facient, quilibet facile judicabit.

15. Con-

15. Concludens tandem hanc octavæ quæstionis tractationem sex titulos adfert juris Coloniensis coronandi: minus liberalis Vindice, qui undecim attulerat. Verum de illis titulis quid sit sentiendum cum abunde nuper disputatum sit in Examine Argumentorum Colonensium, non est quod huic loco amplius nos quidem immoremur; præsertim quum titulos illos non probet Defensor, sed tantum recenseat, pari autem facilitate à nobis queant reiici quām ab illo sunt recensiti.

### A D Q U A E S T I O N E M N O N A M .

1. Nonam Quæstionem eiusque tractationem iis, quæ Sectione V. à Conringio disputantur, oppositam quidem voluit Defensor; sed, morte suo, nec bona fide refert Conringiana, nec suas sententias vel verisimiles facit, tantum abest ut ostenderit veras esse.

2. Prima calumnia iam vetus potest videri, Conringium Caroli pragmaticam explosisse & canones sacros exhibilasse. Reliquæ novæ sunt. Inter haec prima est: Conringium originem Aquensis inaugurationis à Caroli Magni ibi sepulti memoria deducere. Hæc autem fuerunt Conringij verba: Primo quod neceps jam Ottones & alij Reges voluerint Aquisgranum potius coronari quam alibi contigisse arbitror propterea, quod Aquisgranum præ alio loco & amaverit & ornauerit Carolus Magnus ibi quoque sit mortuus ac sepultus. Hæc sanè ratione inter omnia Regia palatia Transalpina Aquisgranense omnium fuit primum jam etate Caroli, & nobilissimum.

2. Altera est: Conringium affirmasse, circa tempora Henrici III. Cæsaris Primatum esse Coloniam translatum. Conringij autem verba sunt pag. 32: jam tum Colonensem Sedem eo creuisse, ut emulazione sua pene dubium niteretur reddere Moguntini Primum.

3. Tertia est: quod Conringius fateatur, Moguntinum jure vicuum esse plane à Coloniensi, & quidem vi canonum. Conringius vero dixerat pag. 33: Henrico regnante, cum alii Episcopi Germania, tum etiam ipse Moguntinus plus iusto; certe plus solito, fibi arrogauerant in diocesis suis: Luitpoldus ipse Moguntinus dicit non potest quām fuerit rigidus in cuendis suis diocesos creditis jurib. Recitat deinde prolixiore quadam de Luitpoldo ex Abbatie Urspergeni (ex quo talia de promissione, quid quæso criminis?) historia, tandem addiderat: Si vero Luitpoldus ne ipsi quidem Papa voluit cedere in sua diocesi, quid minimus esset, eadem jure adversus illum esse ipsum Colonensem, & pristinum coronandi

*ius Moguntino saltim ex parte fuisse exceptum.* Tantum de calumniis & mala fide in Conringium exercita.

4. Pro coniecturis vero Conringianis (quantum ex obscura & confusa tractatione colligere est) suas substituens *primam* causam juris Coloniensis circa Aquisgrana coronationem collocat in Pragmatica illa Carolina. Huic verò fidem hoc loco vult facere pag. 29 ex encomiis Aquisgrano iam ante Friderici I tempora tributis, cum primis de Sede Regia ibi collocata. Dein pag. 30 ex testimoniiis de *Sede Regia Aquisgranensi*, quæ lata sint post tempora Friderici I. Cœsatis, partim antiquiorib. partim recentioribus. Sunt autem encomia illa & antiquiora quoque testimonia ita à Defensore proposita, quasi ipse illa collegerit, cùm tamende suo vix unum & alterum addiderit, omnia vero Conringij diligentia jam ante fuissent collecta & in Assertione laudata.

5. Cæterum ex pumice citius aquam, quam ex illis encomiis & de Sede Regia testimoniiis, justo aliquo syllogismo expresseris, Carolum Magnum instituisse, ut Aquisgrani omnes in futurum Cœsares initiantur, aut Regia corona ornarentur. Tenta, sodes, Defensor, id num possis. Si non possis, (ut profecto non poteris) quid laboras vana opera fabulas persuad. re?

6. Inter encomia occurrit primò, quod ab antiquo auctore poëmatis cuiusdam jam ætate Caroli Aquisgranum dictum sit *Roma noua*, & *Roma secunda*: Ita dictum Defensor vult, quod *ibi coronam Regiam ut Roma Imperioriam Cœsares consequerentur*. Quasi vero non alia possit esse nominis illius ratio. Et vero quando carmen illud fuit conscriptum, nondum fuit lata lex illa quæ jactatur Carolina. Et ex ipso carmine apparet, ita dictum Aquisgranum à Poëta ob splendorem noviter conditæ Vrbis, quæ tum omnes Transalpinas superauit. Defensor ipse pag. 32. notat Coloniam itidem dictam fuisse *alteram Romanam*: cui profecto prima illa Defensoris interpretatio non congruit. Succedit deinde illi tituli totius Vrbis, *Prima Sedes Francie, totius regni archisoliæ, archisoliæ regni Francorum*.

7. Verum quo colore saltim in speciem possis probare; in sola Sede primaria, aut primario Palatio Regni Francorum, ex instituto Caroli Magni coronationes Regias Galatum institui oportere? Similiter in æde S. Mariz Virginis solium aliquod Imperiale aut thronum regalem à Carolo

culo Magno esse constitutum, nemone negauerit. Netio tamen ante Friderici I. ævum dixit, sedem illam locasam esse à Carolo Magno, ut in eo omnes Cesares iniarentur. Post Fridericum talia credi capisse fasilius est Conringius. Sed ex illis à Friderici ævo usque latis testimonis non potest firmiter colligi, idem jam Caroli M. ætate vel constitutum vel creditum fuisse. At quid his immoratur? Vbi justo syllogismo, cuius medius terminus sit delumptus à Sede Regia, probaverit legem illam Carolinam, spondeo Conringium Defensori non concessuram duntaxat, sed gratias quoque acturum. Et ego agam.

8. Alteram causam juris Coloniensis videtur arcessere Defensor à vi canonum & privilegiorum, quæ scilicet habuerit Coloniensis viuo Carolo, cum primatus eius maxime floraret. Verum prætextu canonum & usus Colonienses & vicissim, iam fassilius est Conringius: illum tamen prætextum tanti roboris merito non fuisse iridem agnouit. *Priviliorum primatus quæ Coloniensis Ecclesia habuerit Carolo viuo, in omni evo ne gry quidem reperitur.* Debuisset itaque ab illis ineptiis venditandis mercede Defensor abstinere, si qua ipsi veritatis eura & pudoris est.

9. Tertiam causam videatur Defensor in nescio quo duplice privilegio, scilicet Colonieusi à Leone IX. restaurato, collocare. Sed iactetur quidem illud privilegium ab omnibus penè Coloniensis Advocatis, nec rogati tamen nec irritati adduci illi potuerunt, ut aliis legendum communicaient. Ut dederit vero Leo IX. tale privilegium, illud tamen manebit, ætate Henrici III. capisse demum Coloniensem constanter coronationes Aquisgranenses peragere, in illius enim Cæsaris tempora Leonis IX. Papa ætas incidit.

10. Subiungit deinceps Defensor pag 32. nonnulla de Primatu Coloniensi & Moguntino. Illum non capisse Henrico III. Cæsare, ut rebatur Conringius, & Magdeburgensi primatu Moguntinum multum fuisse imminutam. Verum quoniam sit Conringius, Primatum ad Colonienses pervenisse ætate Henrici III: cum Primatum Coloniensem nullum agnoscat: Ego iam tum de noviter isto iactato primatu; atque ad tutelam eorum quæ à Conringio sunt refutata, nihil illa de Primatu Coloniensi contentio quidquam valet; itaque hisce relictis ad alia potius pergemus.

## AD Q U E S T I O N E M D E C I M A M.

1. Proponit illam Defensor hisce verbis: *An per rescripta Cesarea & Bullas Apostolicas Colonensi licet intra & extra suam diocesim coronare.* Vult autem videri hanc, eiusque tractationem, opposuisse iis quae Se<sup>c</sup>t. V. I. Conringius respondet ad argumenta pro parte Colonensi in Libello Germanico adducta. Omnis autem tractatio, sarcasmis referita, tota occupata est in jactandis nonnullis dictis paucorum Pontificum, Friderici I. Cæsaris & Aureæ Bullæ. Tædet & pudet de calumniis & sarcasmis querelas iterare. Ad omnia quoque Pontificum & Friderici Cæsaris, ut & Aureæ Bullæ dicta, abunde responsum nuper est in Examine Argumenti Colonensis Secundi, & Quarti. Itaque non est quod Defensori verbum hinc reponamus.

## AD Q U E S T I O N E M V N D E C I M A M.

1. Questio haec est Defensoris: *An obsint Colonensi Moguntine coronationes.* Tota autem tractatio adeò est obscura & salebrosa, ut meritò exclames:

*Lectores tetrici salebrosam ediscite Santram.*

2. De ultimis quinque coronationibus probaverat Conringius pag. 42. & 43. illas à Moguntinis nomine proprio peractas esse: nec illa quæ suo iuri caveri fecerunt Colonenses, aliò videri pertinere, quam ad coronationes Aquisgranenses. Illa Conringiana omnia ne quidem digito mouit fortis ille (si Diis placet) Colonensis Defensor. Tantum affirmat contrarium esse factum; idque probat unius Augusti Vischeri verbis quibusdam. Quasi hoc sufficiat Conringio refutando. Quid vero, si iubeas illum legere etiam quæ eadem de re disputantur in Examine Argumenti V?

3. Conringius porrò pag 43. & 44. argumentum, quod Auctor Libelli Colonensis Germanici cause sue ultimum & instar omnium esse voluerat, solidè confutavit. Defensor silet. Quod eius silentium potest accipi pro consensione vi veritatis pertinacissimo adversario expressa. Tantum ad ea quæ contra Minorem argumenti illius attulerat Conringius, de Ottone I. Conrado II. & Vilhelmo Hollando, unctos illos esse Aquis à Moguntino, præsentibus insulatis Colonensisbus, aliquid

quid muginatur : sed ita ut nisi Lector attente excutiat Assertionem ; quid sibi Defensor velit assequi nequeat. Summa est , ad Ottonis & Wilhelmi unctiones Moguntinum pervenisse consensu Coloniensis : Conradi Salici consecrationem fuisse extortam. Quām vera hæc sint aut non sint , haud disputabo : manet interim , recte à Conringio dictum , tres illos Cæstares esse undatos & consecratos præsenibus insulatis Coloniensisbus : quod unum ibi Conringio erat probandum . Operæ autem premium fecerit Defensor , si attente legerit illa , quibus in Examinis Argumentorum Coloniensium sit in idem Coloniense argumentum animadvertisse.

4. Responseonis perrò ad Conringianum argumentum primum maiorem pariter & minorem negat Defensor , idque uno prætextu coronatæ Elizabethæ Reginæ . At vero et si illa coronatio quidquam ad rem faceret , maior tamen Conringij maneret verissima , & sola laboraret minor . Potuisse et eodem jure negare conclusionem . Ineptè vero ad ferri coronationem Reginæ quando agitur de coronatione Regum , nemini non liquet , & ipse Streithagius agnoscit in famoso suo libello , qui jamiam mihi redditur à veredario Coloniense . Sed & probabile est , factam illam coronationem consensu Moguntini : et si omnia illius actus non sint exactè ad posteritatem monumentis tradita .

5. Alterius argumenti Conringiani vim existimauit Defensor eludi posse eo , quod omnes coronationes Moguntinæ factæ fuerint nomine Colonensis . Neque id negauerit . At fallissimum est eas alieno nomine institutas esse . Hæc Conringius probauerat . Idem confutare officii erat Defensoris , si præbè voluisse hoc munere & titulo defungi .

6. Cetera ( pergit denique Defensor ) que allata sum , nullius momenti sunt & ex dictis per se concidunt . Vera hæc sunt de ineptiis , quibus Defensor finit libellum suum . Et vero omne eius opusculum non meretur confutationem suo aliquo proprio pondere , cùm nihil habeat saltum , jam à Vindice non allatum , & vicissim confutatum .

7. Et vero eam ob causam ipse Conringius indignum illud judicauit suo calamo . Mihi vero in animo fuit istud : Res falsa & inanis , nisi corrigator , habet nonnunquam fidem , multique sunt homines judicij parum firmi , qui nihil audiunt , leguntur , quod non credant , nisi refutatum sciant .

Quum itaque & cause Moguntinæ , & famæ bonorum virorum , qui

illam ruerunt, interficit, ut, prefertim his nundinis, aliquid existeret in publico, Defensioni etiam Anti-Contingianæ oppositum, hasque qualiter rationibus iam esse intelligerem; non amplius cunctandum ratus, quamvis meliore negotiorum genere occupatus, ante pauculos dies calamò correptò horas subsecuas aliquot defensioni illi brevibus refellendæ imperavit, idque cum veritatis & bona causa, cum amici gratiâ, cuius bonos & salutis mihi cordi est. Ita natum mihi hoc, quo d' videt, opusculum subitaneum Nam nec meruit insultitas adverfarij stilum ipsum Contingij, quamquam protestantia, ceterà tamen veritatis longe amantissimi. Qui merito vere tur factioñem tam irritabilem porto in caput suum concire, adsuetam convitiis, turpi fœtui impotentis animi. Acri moniam dictioñis, si qua hoc in libello deprehenditur, non censetur temperandam. Non debent tigres & apes subulâ excipi. Et omnino frenanda est hominum, Defensoris similium, inculta ferocia, ne sibi quidvis licete deinceps sinant. Exigit sane hoc ipsum causæ bonitas, & S. Sedis Moguntina dignitas, cui usque adeo protervè obtineatatores illi insultant. Erustra quamvis lenissime scribi & Dissertatio & Assertio expetuntur. Id abundè competrere est ex Vindictâ, & cum primis nunc. Vix enim absolveram Defensem, atque ecce offertur Petri à Sereithagen Contingij iudicium. En cor Zenodoti, en jecur Cratetis. Simul infelix librum, obstupui profecto ad maledicentiam sine omni exemplo horribilem & rabiosam: terio pariter dolens, scriptum profectum esse ab homine Catholicam fidem, imo duplice se se nomine Canonicum professo. Nec invenio tam fœdo facinori, quo nomen suum & venerandum ordinem homo ille de honestauit, excusando quidquam, praeter mentis non latitatis tutæ morbum; quem videtur scriptum illud prode te. Equum am oportet illi mente sanam, & mores ad humanitatem non nihil compositos. Ut Contingius illi quidquam reponat, scio V. C. agrè adductum iri; cum ne Defensori quidam ut responderet, à se impestrârât. Sed nec est quod famæ suæ metuat à tam furibundo. Minimè vero ipsam Moguntinam causam laedit Liber Lacto. Quippe qui præter immania convitia & turpem scurrilitatem nihil omnino habeat ad rem faciens, quod non ab aliis Coloniesium partium patronis, sancti cerebri viris, sic allatum, arque ex illorum libellis, infelicitis corniculæ exemplo transcriptum. Nec vero à plagio se se ullo colore calumniator


purga-

purgauerit: perinde atque summâ iniurâ Conringium inculcat, quasi ex Dissertatione Assertionem suam fabricauerit, cuius nullum versiculum, nullum apicem, nisi ad amicum Assertionem iam Moguntiam dudum missâ, Gonringio esse visura; cum & nec auctori dissertationis unquam Assertionem visam prius esse, quam dissertatione foret integrè conscripta, sanctè possum & optimâ fide testari. Videtur profectò hic Streithagianus Cento iuvare bonam causâ Moguntinæ opinionem. Quisenim non suspicetur, adversariis nihil amplius superesse bonarum artium, quibus eam oppugnant; nec forte esse viros intelligentes, qui id velint suscipere; postquam ad Streithagium itum est, ad hominem inquam gnaviter impudentem. Nisi forte is ultro sese scenæ miscuerit, invento, ut solet, uno alteroque non dissimili applausore. Quicquid sit: Moguntinæ cause interest, urliber stolidus sit in manibus omnium ac legatur. Quare multum debemus operis Bonnensibus: à quibus utpote per extremam inconsideratiā hæc tanta intemperies orbi demum annotuerit, nobisque ansa hinc porrecta fuerit obiter sub finem huius castigationis in isthoc vñ grande scelus animadvertisendi. Neque prudens quisquam calatum de professo stringat adversus eiusmodi. Refert etiamen ipsius Moguntinæ Sedis, neu de Assertione prostrata pars adversa glorietur. Sententiam Conringius dixit super re, cuius ex historia Germanica est intelligentissimus. Ab amico eam rogatus dixit. Tametsi enim medicus sit, nihilo inde & harum rerum est imperitor. Quir ergo consuli non potuit? Quasi vero, artem professus, illi uni usque adeo impalluerit ut alia negligenter omnia. Quot, amabo te, medici, præter discipinam suā, plurima docti, elucubrati plurima, extra suas velut oleas aut supra: E multis specta vel solum Raymundum Sabondum; tum Hieronymum quoq; Cardanum, Conradum Gesnerum, Ioan; Pistorium, Henningum Arnysæum, Ludovicum Septalium, Casp; Barlaum, Gabrielem Naudæum &c. Qui, medicinam cognosse, ac quicquid à terra in lunę usque orbem exporrigitur, animo transñe haud cōtentii, non modò omnem Polymatheian mente complexi, sed & in Mathematicis, Metaphysicis, Criticis, Philologicis, Juridicis, Moralibus, Theologicis, Historicis, Politicis, pluscula commentati & publico largiti sunt, Qualibus si Hermannum Conringium annumerauero, nescio quid peccem. Quo vix in nostratis repereris qui Historiam R. I. German.

Christium

scit & eivalem prudentiam pleniū aut explicatiū tradat: ut de ceteris  
rīseius præclaris dotibus, tum erga patriam & bonas literas meritis ni-  
hiladdam. Nihile ei defit præter veram religionem. Iccirco eam à Patre  
luminum ex toto peccatore ipsi appreco. Optandum foret, ut, missis  
partibus, Sedi Apostolicae æquior, omnigenæ Eruditionis suæ uberta-  
tem Catholicæ unitati & salutiferæ veritati defendendæ perinde com-  
modarer atque multâ doctrinâ abundat. Vtique sūxtâ alios ostendit,  
quām patens sit ingenij campus, quod suas vires aliorum ignauia & in-  
fortunio non dimetiatur. Judicium de ita ingeniatu non debet permit-  
tiis, qui, quum videant vulgo non usque adēt altè ascendi, ne altius  
quidem scandi posse, ac intra perangustos unius cancellios doctrinæ o-  
mnia ingēnia constringi delirant, sūt vnu adeò morose dediti, ut, dum  
reliqua universa contemnunt, nec sua quoque perdiscant. Certe Con-  
tinguit abunde habet quod in variis Liberalis Studij ac Promiscue Dō-  
ctrinæ partibus agat. Tantum abest ut suapte se sponte alieno ingesserit  
negotio, ad se pertinēti nihil. Necego video, quē possit virio verti cui-  
quā Catholicō, nēdū Principi Electori, etiam si crederetur ipsius len-  
tentiam rogauisse hominē Augustanę Confessioni addicatum super cau-  
sa ad Catholicā sacra per se nihil spectante. An & Protestantes prohibe-  
tur uti palā Catholicis, causam in Jūdicio vel Aulico vel Spirensi oran-  
tibus? Si hoc nefas est, actum erit de Republica Imperij. Disquisitio haec  
de jure coronandi ecquid habet denique, quart Protestans quoq; cir-  
ca id commentari aliquid vel nequeat, vel nec debet? Scio equidem, ali-  
quid indulgendum quorundam duritiae inveteratae, at non quidlibet,  
non illud quod tollit communem pacem, ac quæ inter nos est, socialem  
vitam, rerumque actum. Generosior est Eminentissimi D. Electoris  
Moguntini animus, quam ut vesanis quibusque vulgi voculis vel se vel  
administros suos moveri patiatur: præsertim cum in Germania nihil  
sit familiarius, quam nullo Religionum discrimine in rebus civilibus  
mutuas nobis invicem operas præstare. Sed quid præfamur placanda  
~~impedit~~? Quorum inordinato zelo ne latum quidem pilum concesserit o-  
catholicam Eidem nihilo pluris facientiuta quam ipsi cornu modum  
videarur. Quin contra audentior ibo: quicquid alii, æquò metuehtio-  
res talium, caussentur. Cæterum de universo isthuc negotio Mogunti-  
ano Coloniensi omnino per mihi placet consilium, quod compri-  
pisci

gisse Moguntinos : ab rumpendum nempe illud esse. Nec enim video, quicquam afferri amplius posse, quod ad rem vel tantillum conferat : nisi si forte possit ex Rupertino illo, cuius meminit Hartmannus Maurus, privilegio ; sic unde in lucem promatur, & id genus aliis documentis, ab adversa parte ipsa laudatis, luculentior Aureæ Bullæ suppeditari interpretatio. De reliquo parum arbitror dici posse, quod non dictum sit prius. Vehementer potius vereor, ne, exacerbatis utrinque scriptorum animis, moveantur novæ & turbulentæ controversiæ: cuiusmodi, inter alias, est illa de *Primitu Moguntino*; quam pro ceterâ suâ declamatoriâ prurigine *Vindex*, *Defensor ac Streitbâgius*, ( primi namque Colonienses Advocati in libello vernaculo, pro eo ac prudentes viros decet, sibi à tabibus temperant ) controvèrere preter necessitatem ausi sunt. Illos vero prœcunites sequi, cui bono & Tamen non diffiteor, de illo quoq; argumento esse nobis ad manum haud pauca, nec tralatitia, pro Moguntinis : judicauimus autem, ex bono publico futurum, si parce illam litê tangamus, parati alioquin justâ disputatione dignitatem illam antiquam S. Sedis Moguntinæ defendere, si id è re quidem fuerit. Interim, gnarus, nec *Primitum Ordinu*, qui huc sat superq; sufficit, nec jùs extra dicens Agrip-  
pinensem Reges coronandi, Moguntind afferri unquam posse,  
hic finem impono non huic tantum opusculo sed &  
omni huic certamini.



F I N I S.











Österreichische Nationalbibliothek



+Z181685002



Digitized by Google